

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Phaedrus, vel, de pulchro

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

qualisq; eius mira dicendi ratio, nemo propè ad eius similitudinem accedit, neq; veterum, neq; eorum qui nunc sunt, nisi vt ego nunc dixi, atq; assimilauit. Quippe nulli hominum, sed Silenis & Satyris similis ipse est, eiusq; sermones. Nam & hoc à me prætermisum erat prius, sermones eius persimiles esse imaginibus Silenorum ab artificibus factis, deinde apertis. Siquis enim huius sermones audiat, videntur prima, vt fertur, facie nimium esse absurdi. Nomina quippe & verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum præ se ferunt. Asinos enim fabrosq; ætarios, & sutores calceorum, cortariosq; semper habet in ore, eademq; semper dicere de eisdem videtur, vt omnes ferè qui minus experti peritòue sint, verba illius irrideant. Verum si intus aspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium, & insuper diuinissimos esse, ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, atq; ad plurima sese extendere: imò omnia præcepta comprehendere, quibus instrui debet is, qui sit honestè beneq; victurus. Hæc sunt, ò viri coniuua, in quibus Socratem laudo, ac etiam de quibus conqueror. Audistis enim interim quas mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solum ita se gessit, verum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis, & aduersus Euthydemum Diocle natum, aliosq; permultos eadem fecit, quos ipse sub specie amatoris sefellit: nam pro amatore amatus euasit. Quamobrem te quoque Agatho admonco, vt huius simulationes dissimulationesq; caueas, & ex his qua ego sum passus, hunc cognoscens, rem tuam cures, neq; secundum prouerbium, infantium instar accepto incommodo sapias. Cum hæc Alcibiades dixisset, eius audacia & loquendi libertate risum omnibus concitatum esse Aristodemus narrabat, quoniam visus est & amore Socratis esse captus. Sobrius mihi videris, ò Alcibiades, Socratem dixisse. Alioquin nunquam ita artificiosè longo verborum circuitu factò occulte id studuisses, cuius gratia cætera omnia dixeris: quod in orationis calce, vt præter propositum proferre videreris, tandem apposuisti, quasi non omnia idcirco dixeris, vt me ab Agathone disiungeres. Arbitraris me neminem præter te vnum amare debere, Agathonem verò à nullo alio quam abs te amari. Verum non latuit nos quid sibi vellet tuum illud Satyricum Silenicumq; figmentum. Sed, ò amice Agatho, danda opera est, vt nec isti sua machinamenta proficiant, nec illius calumnia inter me ac te iacta dissidium faciant. Vera, ò Socrates, Agathonem respondisse, loqui videris. Nam vt nos seiungeret, inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit. hinc enim surgens, propè te sedeo. Sic agendum profectò, dixisse Socratem. hic infra me sede. Prò Iupiter exclamasse Alcibiadem. Qualia perperam me vir cogit? In omnibus superare me vult. Medium saltem hic Agathonem sedere permittite. Nequaquam decet, respondisse Socratem. Tu enim me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedentem laudare. Si ergo post te maneat Agatho, haud me rursus laudabit, prius quam à me laudetur. Sed dimitte vir felix, neque huic meus laudes inuideas. Equidem laudare illum vehementer desidero. Hui hui Alcibiades, Agathonem ibi dixisse. Quid hic moror? Hinc iam discedo vt

me Socrates laudet. Mos is Socratis est, Alcibiadem respondisse, vt eo presente nemini liceat alteri formosos sibi conciliare. Vide nunc obsecro quam facile & quam probabili ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho, vt apud Socratem requiesceret. Tunc subito debacchantes multi patentes fores nacti, nam paulò ante quis contra exierat, ingressi sunt, & circa illos confederunt. Quorum strepitum turbata sunt omnia, nec vllus post hæc modus in bibendo seruatus. Eryximachum, ac Phadrū, aliosq; nonnullos abiisse, Aristodemus recensuit, seq; diu dormisse, nam longæ tunc noctes erant, & circa auroram gallis iam cantantibus surrexisset. Somno excitum inuenisse, quòd alij quidem partim dormiebant, partim discesserant. Agatho verò, & Aristophanes, atque Socrates soli adhuc vigilabant, bibebantq; ampla quadam phiala factò in dexteram circuitu sibi inuicem succedentes. Socrates autem assidua differebat. Neque aliorum se recordari Aristodemus, inquit, neque enim ab initio adfuisse, & somno fuisse grauatam. Summam verò disputationis illius extitisse, quòd Socrates illos fateri cogebat, eiusdem viri officium esse tragœdiam, comœdiamq; componere, eumq; qui arte tragicus est, esse quoq; comicum. Cum hæc illi coacti potius quam persuasi concessissent, se somno dedisse Aristophanem primo, Agathonem deinde exorta iam luce. Socratem verò dormientibus illis in Lyceum, ipso vt consueuerat comitante, fuisse profectum, & lotum solito se more diem totum exercuisse, ac demum ad vesperam domi requiescisse.

PH A E D R V S, VEL,
DE P V L C H R O.

M A R S I L I I F I C I N I
A R G V M E N T.



LATO noster poetica muse, quam à tenera ætate, imò ab Apollinea genitura feciatus est, furore grauidus, primum peperit liberū totum penè poeticum, & candidissimum candidissimus, & de pulchritudine simul atque Amore vir pulcherrimus, omniumq; amore dignissimus, vt merito ceteros quoque liberos democops ediderit venustatis & gratia plenos à venerea Musa exordium felix auspicatus, solusq; omnium venustatem ubique cū dignitate coniuixerit. Quoniam verò plurima huius libri mysteria in Theologia & libro de Amore exposuimus, argumentum eius breuissimè perstringemus. Symposium de Amore quidem præcipuè tractat, consequenter verò de pulchritudine. At Phædrus gratia Pulchritudinis disputat de Amore. Neque ab re omnino inserta est oratio Lysie, atque oratoria disputatio. Pulchritudo enim & ad mentem, & ad visum, auditumque pertinet. Quo fit, vt ubi de animorum nominumq; pulchritudine agitur, itemq; de pulchritudine corporis, merito de orationis pulchritudine disputetur. Statim verò in ipso exordio Socrates inter iocandum seria nimium tradit præcepta, Omnia ob sapientia studium penitus contemenda, Potissimum sapientia studium considerare seipsum. Inter hæc artificiosissima loci descriptio allegoricè significat Academiam: Platanus, Platanem: Castum arbutum, amoris Platonici & Socratici castitatis: Fons, in communicanda sapientia largitatem: ornamenta cætera oratorios poeticosque flores quibus Academia Platonis abundat. Reprehenditur iure Lysias quòd qualis sit amoris affectus inquirat, neque prius anorem ipsum desmierit neque distinxerit. Considera inter hæc amoris Socratici pudicitiam, nonnulla enim minus honesta pronunciatibus obuoluto capite exorditur. Mox inuocat Musas, vt rem minus honestam ipse suo saltem splendore elocutionis honestent.

stent. Sed antequam turpem vituperet amatorem, ne in eodem sit quo Lysias crimine, turpem amorem definit esse cupiditatem quandam sive libidinem à ratione rebellem, quæ superet opinionem ad recta tendentem, & ad formæ rapiat voluptatem. Sed dum ad de finendum pergit, duos nobis tribuit duces, unum quidem appetitum voluptatis ingentum, alterum verò legitimam quandam opinionem acquisitam paulatim per disciplinam, & ad honesta ducentem. Verum hos nobis intrinsecos duces, extrinseci duo mouent, Dæmon qui dam æreus opinionem, aqueus verò libidinem. Postquam verò definit, nullis rationibus adolecentes à turpibus amatoribus segregat. Tum verò intereà mirabile nota mysterium, Mosaico mysterio simile. Malorum plurimis in ipso statim principio, dæmon aliquis immiscuit voluptatem. Quoniam verò non tam philosophicam quam poeticam agit personam, subdit se correptum à dæmone, quod Amorem Dei nomen vituperauerit. Idque facit, ut distinctus Amorem, poeticus potius quam dialectico more distinguat. In his animaduertes grauissimum peccatum esse in Dei nomen delinquere. Rursus in animo esse presagium. Deinde poeticis quibusdam ambagibus artem à furore fecerunt. Furorem in diuinum diuidit & humanum. Diuinum in quatuor, scilicet in vaticinium, mysterium, poesim, atque amorem. Providentiam religionemque confirmat. Sapientiam diuino furore infusam humanæ sapientiæ longissime anteponit. Antequam peragat animarum tractatum particulare, animas in medium communes adducit, scilicet mundi animam, quam nominat Iouem, atque sub ea duodecim animas spherarum duodecim mundanarum, quibus subdit totidem ordines dæmonum, totidemque particularium animarum. Singulis verò curas accommodat, id est celestia corpora atque sempiterna. De rationalibus animabus disputat, diuinis atque humanis, de circuitu utrarumque, & qua ratione hominum anima tam in calo animarum celestium contemplationem comitentur, quam super calum angelicum sequantur intuitum. Quid verò in anima Currus vehiculum, alæ, auriga, equi, Fatum, casusque in corpus, quid iterum Iupiter in celo magnus, ceterique Diij sequentes, in Theologia exponimus. Satis verò tibi fuerit in presentia intelligere, geminas alas esse geminum instinctum menti ingentum, ad superna animum eleuantem: in intellectu quidem instinctum ad diuinum verum, in voluntate verò instinctum ad diuinum bonum pro viribus conuertentem. Quando verò hi quidem remittuntur, inclinatio autem vegetalis naturæ intenditur ad corpora gubernanda, animas fractis iam alis in elementa descendere Pythagorici putant. Post hæc cadentem de celo animam in nouem distribuit gradus. In his omnibus & poetica licentia vitur, & Pythagorica potius quam propria narrat. Inter hæc animaduerte similes animarum describi casum à Pythagoricis, atque dæmonum à prophetis. Numerum quoque nouenarium, tam choris angelicis, quam lapsis inde dæmonibus conuenire. Mitto nunc quod similem quandam casum Pherecydes Syrius narrat dæmonibus accidisse. Aditque Ophioneum, id est serpentem dæmonicum fuisse caput exercitus rebellantis à mente diuina. Huic & simile, quod in mysterijs diuinis continetur, Iouem scilicet inferiores dæmones ad inferos deturbasse. Sed ad dialogum redeamus. Denique virum purgata mente deo deditum, omnibus inde bonis impleri, solumque sapientem esse, quantum quasi extra se positus, vulgò derideat, velut insanus. Post hæc descendit ad diuinum legitimi amoris furorem, quem accendi putat in animo, quando pulchram aspicens corporis formam, diuinæ pulchritudinis, quam quondam contemplatus fuerat, facile recordatur, illiusque recuperandæ desiderio inflammatur, & furit. Sed contrarium huic describit furorem quasi ferinum, à forma corporis non ad diuinum intuitum ascendentem, sed ad venereum congressum turpiter descendentem. Describit rursus humanum quandam furorem inter diuinum atque ferinum, in eius accensum animo qui admiratione formæ corporeæ occupatus, neque obliuioni diuinam tradit omnino, neque penitus recordatur. Quo fit, ut neque intemperatus sit omnino, neque etiam temperatus, sed modo quasi incontinens, modo continens videatur. Querens postea causas ob quas alij alios, aut magis minusue ament, confugit ad sidera, quorum ab initio sint comites anime. Tot enim animarum ordines humanarum in Timæo disponit, quot in celo sunt Stellæ. Hinc reuertitur iterum ad vires anime diuidendas: & rationem quidem aurigam vocat, geminos verò appetitus equos geminos: appetitum rationalem equum bonum, appetitum irrationalem equum malum. sed in hoc genere appetitum vergentem ad iracundiam, minus malum: declinantem verò ad concupiscentiam, magis malum. Deinde passionem amantium tam continentium quam incontinentium, mutuumque amorem quasi poeta depingit. Quo fit, ut non aliter his allegoricè indulgendum sit, quam canticis Sa-

lomonis. His actis, cum de pulchritudine qua ad mentem, & quæ ad visum pertinet, tractauisset, iam ad examinandam orationem Lysias pergit, atque oratoris officium demonstrandum, ut pateat qualis orationis pulchritudo sit, quæ pertinet ad auditum. Pulchritudinem orationis in ordine collocat, videlicet ut caput habeat à sine differens, habeat & media, capiti & fini & inuicem necessario copulata. Huiusmodi ordinem in primis ab oratore præcipit obseruari. Probat autem neminem oratorem verum esse posse, nisi rerum præsertim humanarum, animorumque scientiam habeat. Quo autem orator id assequi possit, præcipit dialectico facultatem discat diuidendi atque componendi, quem esse vult præcipuum veritatis indagandæ, inueniendæque instrumentum, & in Philebo dei nuncupat donum, propterea quod sicut in mundo perpetuum dei officium est diuidere atque componere, ita & dialectici est in arte. Ideoque consummatum dialecticum, id est metaphysicum indicat tanquam deum esse colendum. comparat posthæc inuicem oratorem, vituperatque eos, qui verisimile verò anteposentes, populum saluant atque seipsum, stulto que confidunt quid veri potissimum simile sit etiam absque veri ipsius notitia posse cognoscere. Mox optima quedam nota præcipitur. Tria primum oratori necessaria sunt, Ingenium, Doctrina, Exercitatio. Philosophia opus est ad ipsam maximæ cuiusque artis perfectionem. Ab exercitatione dialectica, rerumque contemplatione sublimium, tandem mentis sublimitas visque ad agendum efficax comparatur. Quæ quidem duo in artium maximarum perfectione magnoperè necessaria sunt. Deinde comparat oratorem non legitimum coquis, adulatoribusque, quem admodum in Gorgia legitimum verò medico. Præinde regulam tradit qua tam animi quam corporis, imò rei cuiusque natura sit cognoscenda, statimque redit ad oratoris officium. Subdit ob ipsam scribendi officium literas in Aegypto à dæmone quodam Teuthe unicum ceteris disciplinis inuentas fuisse. Deridet præterea scribendi studium, in eo videlicet qui per literas indubitam posteris confidat patefacere veritatem. Atque Pythagoreorum more probat contemplationem traditionemque veritatis in animos potius quam in libros. Quod in epistolis quoque confirmat. Denique solum oratorem laudat, qui ingenio sit studioque philosophus. Concludit verò dialogum oratione, notisque pulchritudinem animi à deo perceptibus. In qua considera Socratem ceteris omnino spiritibus sola pulchritudine animi, id est sapientia esse contentum, veritatem indicare, hanc ipsam non tam humano studio, quam diuino munere comparari.

SOCRATES, ET PHAEDRVS.



AMICE Phadre, quoniam & unde? PHAED. A Lysia, ò Socrates, Cephali filio. Pergo autem deambulandi gratia, extra urbem. Plurimum enim tempus cum eo sedens à matutino ad hanc usque horam illic constitui. à tuo autem

meoq; sodali Acumeno persuasus deambulando exerceor. quod quidem exercitationis genus facilius salubriusq; ille quam currendi certamen existimat. SOC. Probe ille quidem, ò amice, monet. At enim Lysias erat, ut videtur, in urbe. PHAED. Erat. Nam apud Epicratem diuertit in hanc Olympio proximam Morychi domum. SOC. Quid rei agebatur illic? An videlicet orationis epulo Lysias vos accepit? PHAED. Scies, modò tibi ocium sit obambulantium una mecum audire. SOC. Quid verò? nonne putas me iuxta Pindarum, negotio etiam anteferre, tuam & Lysias colloquutionem audire? PHAED. Pergè igitur. SOC. Dicas modò. PHAED. Atqui disputatio illa, ò Socrates tuis, auribus congrua. Sermo nanque fuit qui habitus est, nescio quomodo, amatorius scripserat enim Lysias sollicitatum ex pulchris istis quendam, sed non ab amatore, in eoque

ipso sese ostentavit, quod probet non amanti magis, quam amanti gratificandum esse. s o c. O' generosum virum. Vtinam scriberet inopi potius, quam opulento, et seni quam iuveni, & in ceteris omnibus ita affecto, ut ego & nostrum complurimum sumus, esse gratificandum. Siquidem Urbana & publice utilis foret oratio. Me tamen cupido tanta cepit audiendi, ut si Megarus usq; deambulando proficiscare, atq; Herodici more vbi ad murum accesseris, protinus inde recedas, non te relinquas. PH A E D. Quid ais optime Socrates? An putas quia Lysias multo tempore per otium composuit disertissimus omnium, qui nunc sunt, scribendi, ea me rudem ita ut illo dignum est commemoratum? permultum certe absim. atqui mallem equidem id mihi, quam multum auri adesse. s o c. O' Phaedre, si ego Phaedrum ignoro, mei quoq; oblitus sum. sed horum sane neutrum est. Id enim certe scio, quod non semel tantum ille Lysias sermonem audivit, sed iussit sepius recenseri. Lysias autem parebat libens. Nec vero Phaedro in satis fuit, verum sumpto demum libro, qua maxime cupiebat, consideravit. Quod cum fecisset illic a matutino usq; sedendo fatigatus, deambulatum abscessit, per Canem, ut equidem reor, memoriae mandans, nisi forte prolixior erat oratio. Tendebat autem modo extra muros, ut ea ipsa meditaretur. Obuians vero homini sermonum amore insano, eo conspecto latatus est, quia congaudentem coe xulrantemq; foret habiturus, ac pergere vna inuisit. Deinde vero ab homine ipso sermone audito rogatus dicere, simulabat gravari, quia si non cuperet referre: tandem vero, et si nemo sponte audire uellet, erat ad audiendum illata ui coacturus. Te ergo Phaedre rogarim, quod etiam non rogatus facturus es, mihi nunc ut facias. PH A E D. Satis est igitur utcumq; possum dicere. Videris enim non prius me dimissurus, quam pro uiribus dixeris. s o c. Vere nimium tibi uideor. PH A E D. Sic igitur faciam. Sed n. Verba quidem ipsa, o Socrates, non edidici. sententias autem penes omnium, quibus amantem ostendit a non amante differre, teneo equidem, easq; breuiter referre tibi per ordinem pergo. s o c. Ostende amabo, prius quid in sinistra habes sub pallio. Suspicio enim te librum ipsum habere. Id si sic est, ita cogita, me quidem te magni facere, at tamen praesente Lysia, me tibi auditorem praebere non est consilium. sed age ostende. PH A E D. Desistas. Magna de spe me deiecisti, o Socrates, quam in te habui, nempe ingenium vna tecum exercitaturus. Sed vbi uis sedentes legamus? s o c. Huc circa Ilyssum fluminis diuertamus. postea ubi videbitur, sedentes requiescimus. PH A E D. Peropportune decalcatus sum: nam tu quidem semper. Facile igitur erit nobis per aquulam ipsam uadere, & non in incundum praesertim hac anni hora atq; diei. s o c. Perge igitur, et simul conspice vbi sedeamus. PH A E D. Vides illa altissimam Platanum? s o c. Video. PH A E D. Ibi et umbra, & ventus modicus, et mollis herba, vbiq; sedere, vel etiam recumbere velimus. s o c. Perge igitur. PH A E D. Dic mihi, o Socrates. Nonne hic olim fertur Boreas ab Ilyso Orithyā rapuisse? s o c. Fertur quidem. PH A E D. An non hic grata, pura & nitida apparet aquula, puellarumq; apta ludis? s o c. Nequaquam, sed paulo inferius ad duo vel tria stadia, vbi Diana templum offendimus, atq; ibidem ara quaedam est Boreae. PH A E D. Non adeo noui. Sed dic per Iouē Socrates, tunc hanc fabulam putas vera fuisse? s o c. Iam si non putare,

ut sapientes, absurdus non essem: deinde rem commentans ventum Boreae dicerem proximus e petris, cum Pharmacia ludentem Orithyā deiecit, atq; ita mortuam, raptā hinc a Borea fingi, vel ex Areopago. Est enim & alia fama non ex hoc loco, sed ex illoraptam fuisse. Ego autem, o Phaedre, incunda quidem haec existimo, sed curiosi nimium atq; anxij, nec porro fortunati viri, non ob aliam causam, quam quod ei necesse sit Centaurorum & Chimerae formam interpretari. Atq; etiā confluunt turba Gorgonum & Pegasorum, aliarumq; monstrorum multitudo formaru: Itaq; si quis haec non ita ut narrantur, esse credat, sed ad conuenientem sensum singula velit traducere, rustica quadam sapientia fretus, otio nimium indigebit. Mihi vero ad haec ocium non est ob eam, o amice, causam, quia nondum quoque secundum Delphicum praeceptum meipsum cognoscere. Ridiculum igitur puto, cum mea ipse ignorem, aliena perscrutari velle. Quare his dimissis, atq; existimationi quam de his paulo ante narraui, fide adhibita, non ipsa quidem, sed meipsum considero, vtrum ego sim bestia aliqua Typhone multiplicior, ardentiorq; & furiosior. siue placatius quoddam et simplicius animal diuinæ cuiusdam mitisq; sortis natura particeps. At, o amice, nonne haec ad quam inter loquendum peruenimus, ea erat arbor ad quam nos ducebas? PH A E D. Haec certe ipsa. s o c. Per Iunonem praecleara diuersio. Nam Platanus ista patulis admodum ramis & procera & altitudo viticis illius, opacitasq; pulchra nimium et amœna, ac praecipuum nunc habet florendi tempus, ut ois circulo-cus suauitate compleatur odoris. Fons quoq; nitidissimus sub Platano fluit aqua nimium frigida, ut ex tactu pedis coniectare licet: quem nymphis & Acheloo sacrum esse a puppis & imaginibus istis coniecto. An non aduertis praeterea quam incunda & dulcis hic aura spirat? Ac stium insuper quiddam & canorum cicadarum subresonat choro. Sed omnium scitissimum est, herbam ipsam aspicere, ut in prato suauiter accliu recumbentis caput sit molliter suscipere apta. Itaq; tu perquam optime me quasi hospitē deduxisti, o amice Phaedre. PH A E D. O' admirabilis vir, absurdissimus quidam videris: & profecto quod ais, hospiti cuidam deducto, non incola similis es: ita neq; fines nostros transisse unquam, neq; extra moenia ipsa egressus appares. s o c. Ignosce mihi optime Phaedri. Nam disci cupidus sum, agri vero & arbores nihil docere me possunt, sed hoies qui in urbe versantur. Tu autem videris mihi exendi incitamentum inuenisse. ut n. famescitibus animalibus frondes. aut fructus porrigentes ea ducunt, ita tu mihi librum porrigens, per totum Atticam & alio quod velis, perduceres. Iam igitur cum huc peruenerimus, recumbere mihi placet. Tu autem in qua potissimum figura videbitur comodissime posse legere, ea assumpta leges. PH A E D. Audi igitur. Mearum quidem rerum status sic se habet, et id maxime nobis, ut audisti, conducturum puto. Arbitror autem me non minus ob id abs te si quid petiero consequi debere, quod amore tui captus minime sum. Nam amatores cum primum libidine explerunt, collati beneficij poenitent: eos vero qui amore irretiti non sunt, non est cur poenitere conueniat unquam. non enim coacti, sed sponte cum optime de suis rebus consultauissent, pro rerum suarum facultate beneficia contulere. Praeterea amatores mente quandoque reuoluunt, quam negligenter res suas

Ridiculum est, quum quis sua ignoret alie na scrutari

Quod inter hoies, non inter arbores viuendum.

Oratio Lysia contra amatores.

c propter

propter amorem administrauerint, & quæ suo damno cõ-
tulerint beneficia, quosue labores subierint, ideoq; dignã
amatis gratiam retulisse existimant. Sed hi qui amore
decepti non sunt, neque rei domesticæ negligentiam, neq;
labores præteritos, neq; propinquorum discordias se incur-
risse amici causa conqueruntur. Quamobrem tantis ma-
lis sublati, nihil aliud restat, nisi vt præopti sint ad oĩa
qua grata illis fore existiment, peragenda. Aiunt ple-
rique, amatores idcirco pluri facere oportere, quod maxi-
ma erga amatos charitate deuincti sint, semperq; parati,
tũ dictis, tum factis amatis obsequi, etiamsi ex hoc cete-
ros oēs offenderint. Quorum sententiam veram non esse hinc
facile coniectamus, quod translata ab alijs in alios bene-
uolentia, posteriores amatos prioribus anteponunt: ac si re-
cẽtiores infferint, superiores hostiliter insequuntur. At qui
quãnam rone decet tale quid illi concedere, qui ea cala-
mitate affectus est, quam nunquam expertus quisquam
concesserit? Enimvero & ipsi insanire potius quam sape-
re consentitur, & nosse præterea insaniam suã, sed conti-
nere se minime posse. At verò qui sapiunt, quoniam pa-
cto eorũ qui sic affecti sunt, consilia uoluntatesq; proba-
bunt? Præterea si ex amantibus optimum eligere uelis,
ex paucis tibi optio dabitur: sin autem ex alijs commodissi-
mum tibi sodalem quasiueris, ex multis sanè licebit eli-
gere. Maior verò spes est, hoĩem amicitia tua dignũ in-
ter multos quàm inter paucos reperitum iri. Si igitur ex
legum constitutione publicam uereris infamiam, memi-
nisse oportet, amatores qui ita se amandos censent, vt ipsi
alios amant, solere palam, quod non frustra inuigilauerint,
gloriarı. Eos verò qui non amant, quonia contine-
re se possunt, solere quod optimũ est, potius quàm rumore
multitudinis querere. Adde quod vulgus cum sentiat
amatores amatos sequi assidue, atq; hoc operæ precium pu-
tare, suspicatur ne turpis eos cupiditas ceperit, aut forte
iam capiat. Non amantiũ verò familiaritatem improba-
re non audeat: Scit enim necessarium esse hoĩes inuicem,
vel amicitia, vel comoditatis alicuius causa saepe uersari.
Proinde si te metus inuaserit putantem difficile fore vt
maneat amicitia, imò simultate orta accidere comunem
vtrisque iacturam: te verò concedente ea quæ multi fa-
cis, maxime læsum iri: nõ iniuria amatores valde time-
bis. multa. n. illos offendunt, atque omnia in sui detri-
mentum accidere arbitrantur. Quapropter amatos uer-
sari inter alios prohibent, metuentes ne diuites eos opibus
superent, aut docti viri intelligentia præstent: atq; omni-
no si qui egregiũ aliquid in se habere uideantur ab ijs ama-
tos procul arcere conantur. Ita vt ab ijs abstineant persua-
dentes, amicis omnibus priuant. Tu verò si rerum tua-
rum rone habita melius quàm illi deliberaueris, ab eis dis-
senties atq; abibis. Qui aut amore tui capti non sunt, sed
propter virtutem, quæ oportet efficiunt, aliorum tibi fa-
miliaritatem minime inuidebunt: sed potius oderint eos
qui tibi herere noluerint, arbitantes ab illis quidẽ te de-
spici, à familiaribus verò iuari. quamobrem multo ma-
ior spes est amicitias ex hoc cõmercio, quam inimicitias
prouenire. Accedit ad hæc quod amantiũ plurimi prius
corpus cupiunt quàm aut mores, aut alia queuis ad ama-
tum pertinentia nouerint. Quo efficitur, vt dubium sit
an extincta cupiditate in amicitia perseuerent. Non amã-
tibus autem, qui cum prius etiam amici essent, non age-

bant oblectamenti gratia omnia, consentaneum est non
adeo ardentem conflare beneuolentiam, sed ipsorum offi-
cia monimenta futurorũ accipi. Quinetiam melior eua-
des, si mihi credideris, quàm si amatori præbueris aures.
Nam amantes præter modũ dicta & facta tua laudibus
effertũ, partim quia uerentur, ne te offendant, partim
quia propter cupiditatis ardore in iudicando falluntur. Ta-
lia. n. quædam amor designat. infortunatos quidem, ea
etiã quæ alijs molestiam nullam præbent, tristitia putare
compellit: fortunatos autẽ & voti sui compotes, quæ læ-
titia digna non sunt, cogit tanquam iucunda laudare.
Quapropter miserari eos magis oportet, quàm diligere.
Quod si mihi credideris, primo quidem non ob præsentem
Voluptatem, sed ob futuram uilitatem adero tibi, non
amori mancipatus, sed mihi imperans: neq; ob minimas
causas, aliquando graues inimicitias suscitabo, imò ve-
rò ob maximas uix tandem cõmotus, inuoluntarij erra-
tis ignoscam, uoluntaria emendare & deuitare conabor.
Hæc sunt duraturæ amicitia argumenta. Si aut tibi ui-
detur non posse firmam, nisi amore, amicitiam nasci, an-
maduertere debes, quod hæc rone, neq; filios multi facere
mus, neque parentes, neque filios eos haberemus amicos,
qui non ex amoris huius ardore, sed alijs quibuslibet stu-
dijs facti essent amici. Ad hæc si egenis gratificandum
est maxime, conuenit omnino non meliores homines, sed
pauperrimos iuuare. maximis enim liberati malis gra-
tias ingentes habebunt. In proprijs quoq; & priuatis sum-
ptibus non cõuocandi amici erunt, sed esurientes & sup-
pliccs. hi. n. beneficium maximi facient, te sectantur,
ad fores opperietur, applaudent, gratias ingentes agẽt,
vota pro te fundent. Ceterũ decet forsitan non egenis ma-
ximè indulgere, sed his potius qui referre gratiam pos-
sunt: neq; amantibus solum, sed beneficio dignis: neque
his qui forma tua delectantur, sed qui tibi etiam seni
profuturi sint: nec illis qui voti sui cõpotes facti, palam
se se iactant, sed qui uerecundi tacebunt: neq; illis qui
breue ad tempus te collent, sed qui per oẽm uitam simili-
ter diligunt neq; illis qui extincto cupiditatis ardore, im-
micitiarum occasiones inquirent, sed qui forma de florẽte
te, uirtutem suam constantiamq; ostendẽt, tu igitur qua
dixi, memento, atq; id cogita, quod amantes ab amicis
increpantur quasi turpe quiddã sit amor. At eos qui non
amant nullus familiarium ob id vituperat, quod hoc pa-
cto male sibijpsi consulant. Forsitan merogabis, niquã
oĩbus non amantibus obtemperare te moneam. Ego aut
puto neq; ipsum quidem amatorem iussurũ esse te erga o-
mnes amantes hanc eandem mentem habere. Neq; n. acci-
piendi. id pari gratia dignum, neq; tibi ceteros latere uo-
lenti similiter facile. Oportet aut iacturam quidem ex
hoc nullam, vt uilitatem verò ad utrosq; aliquam pro-
uenire, Ego iam dicta sufficere arbitror: si quid autem ti-
bi addendum uideatur, interrogã. Quid tibi uideatur, ò
Socrates? Nõne mirifice oratio hæc & ceteris rebus &
uerbis composita est? Mirum in modum, ò amice, ita ut
obstupuerim. atq; ita ò Phædre, propter te affectus sum,
dum te respicerem, quia mihi uidebare in legeda oratione
gestire. Putans ergo te talia magis quàm me cognoscere, si-
bi obsecutus unã tecum, ò diuinum caput, ipse quoq; bac-
chatus sum. P H A E D. Sicine tibi uideatur iocandum?
S O C. Ego tibi iocari uideor? An nõ serio loqui? PHAED.

Nullo modo, ò Socrates, sed Verum dic per eum qui ami-
 cis praest, Iouem, putas quoniam Græcorum hac ipsa
 de re plura atq; maiora dicere posse? s o c. Quid uerò? lau-
 dandum scriptorem eo solum censemus, quia ea dixerit,
 quæ oportuerit? ac non eo solum, quia dilucide & rotun-
 de, & eleganter singula Verba posuerit? Si. n. uis, tui
 gratia concedendū est. nam me quidem ob ignauiam meā
 & imperitiam latuit. Eloquentia enim dicentis solum in-
 tendi, ad id uerò nec Lysiam quidem ipsum sufficere se
 existimare putabam. Profecto mihi uisus est, ò Phædre,
 nisi tu aliud dicas, bis & ter eadem repetisse, quasi dees-
 set illi copia eadem de re multa dicendi, uel quasi nulla si-
 bi de hoc cura esset. Ac mihi uisus est sese ostentare, quod
 posset eandem rem aliter & aliter dicendo utroq; modo lu-
 culente dixisse. P H A E D. Nihil ais, ò Socrates, hoc enim
 maximè oratio habuit. Nam quæ erat in re de quibus cō-
 mode dici posset, eorum nihil pratermissum est, ut præ-
 ter illa quæ ab hoc dicta sunt, nemo eadem de re plura,
 aut probabiliora dicere possit. s o c. Id ego non iam am-
 plius confiteri possum, prisca enim sapientesq; uiri & mu-
 lieres qui de his dixerunt scripseruntq;, redarguent me si
 tui gratia concessero. P H A E D. Quinam isti? & ubi tu
 meliora audisti? s o c. In presentia quidem non satis me-
 mini. Sed profecto alicubi audisti, uel Sapphus pulchra,
 uel sapientis Anacreontis, uel scriptorum aliorum.
 Vnde uerò hoc ipse coniecto? quia plenum, ò beatè, mihi
 sentio peccus aliorum, et non deteriorū, quæ dici possunt,
 quod uerò ex meipso nihil tale cognouerim, intelligo, mea
 inscitia cōsens. Restat igitur me instar uasis hac ex alio
 rū fontibus hausisse, sed iterum obrudatam meam, &
 quō, & a quibus perceperim, oblitam esse. P H A E D. R.
 Optimè, ò generose, dixisti. A quibus acceperis, et quō,
 neque etiam si iussero, dicas. At illud dicas, quod profi-
 teris, rursus habere te plura & præstantiora his, quæ a
 Lysia scripta sunt. quod si feceris ab istis abstinens, au-
 ream tibi promitto in Delphis statuā æquilibrem, quod
 nouem illi principes solent, non meam solum, sed tuam et
 ponere. s o c. Amicissimus es, & reuera aureus, ò Pha-
 dra, si me dicere puras Lysiam oīno aberrauisse, ac posse
 præter hæc oīa meliora alia dici. Hoc. n. ne deterrimo quidē
 scriptori arbitror euenire. Principio quantum attinet ad
 id de quo sermo habetur, putasne aliquem probare uolen-
 tē non amanti magis quam amanti gratificandū esse, ni-
 si probauerit non amanti prudentem esse, amanti uerò in-
 sanū, et illum quidē laudauerit, hūc vituperauerit, quæ
 sanè necessaria sunt, alia deinde quæ dicat habiturum?
 Sed existimo hæc talia sinenda, & scriptoribus cōcedēda
 esse, nec inuentionem horum, sed dispositionem esse laudā-
 da. at illorum quæ non sunt necessaria, & difficulter re-
 peruntur, non dispositione solum, sed inuentionem etiam
 laudandam puto. P H A E D. Concedo quod ais. tollerabili-
 ter enim dixisse uideris faciam igitur & hoc ipse modo.
 Amantem enim quam non amanti magis agrotare præ-
 supponere tibi permittam. In alijs autem si plura & præ-
 stantiora, quam Lysias dixeris, iuxta Cypselidas in Olym-
 pia aureus stabis. s o c. Serio id accipis, ò Phædre, quod
 uirum mihi dilectissimum reprehendi. Ego uerò tecum
 iocabar. Hac me putas reuera hoc aggressurum esse, ut
 aliud quiddam præter illius sapientiam ornatius dicam.
 P H A E D. Hac de re, ò amice, in eisdem ansas perueni-

sti. dicendum tibi omnino est, utcunque poteris. Ac, ut
 ne molestam illam rem comædorum sapius inuicem respon-
 dere cōpellamur, caue, neue illud me dicere cogas. Si ego,
 ò Socrates, Socratem ignoro, mei quoq; ipsius oblitus sum.
 Et cupiebat quidem, sed simulabat grauari. Demum
 ita cogita, non esse nos prius abituros hinc, quam tu di-
 xeris, quæ habere aiebas in pectore meliora. Sumus enim
 soli, & quidem in solitudine. ego aut iunior & robu-
 stior. Ex his oībus intellige quid dicam, nec uelis coactus
 potius, quam sponte loqui. s o c. At enim, ò beatè Pha-
 dra, ridiculus ero, si ipse rudis, cum optimo illo scriptore
 contendero, ac de rebus eisdem ex tempore disputauero.
 P H A E D. Scis, ut se res habet? Missa isthæc facias mecū.
 Ferme. n. inueni, per quæ te cōpellam. s o c. Ne dicas ob-
 scuro. P H A E D. Ne dicā? Imò uerò iam dico. Ad iusi-
 randum me uertā. Iuro. n. tibi per aliquem Deum, uel
 si uis, per hanc platā, nisi tu dicas in eius cōspectu, me
 nunquā posthac cuiusquam orationem tibi ostensurum es-
 se, uel nunciaturū. s o c. Papæ, ò inuenuste, quam pul-
 chre reperisti, qua arte uirū orationis audidum, ad quiduis
 agendum cōpelleres? P H A E D. Quid ergo cum talis sis,
 tergiversaris? s o c. Minimè amplius, quando quidē tu
 ita iurasti. Quī. n. quire ab his epulis abesse? P H A E D.
 Dic igitur. s o c. Scis quid agam? P H A E D. Quæ de re
 dicis? s o c. Obuolutus dicā, ut celerius transcurrā ser-
 monem, nec ad te respiciens, ob pudorē impediā. P H A E D.
 Dicam modò. cetera ut uis, sic facito. s o c. Tam agite,
 ò Musa dulces, siue propter cantus speciem, siue propter mu-
 sicū genus illud suauium & stridularum cognomē habe-
 tis, meū adiuuate sermonem, quem me dicere optimus iste
 compellit, ut eius sodalis, qui primo huic sapiens uideba-
 tur, nunc magis etiam uideatur. Erat puer quidā, imò
 uerò adolescentulus egregia indole præditus: huic autem
 erant amatores complurimi: quorum unus uir sanè uer-
 sutus cum nihilo, quam ceteri, minus eum amaret, per-
 suasit puero se non amare. Cumq; flagitaret aliquando ip-
 sum illud ipsum, nō amanti potius, quam amanti grati-
 ficandū esse persuasit, atq; ita inquit. In oībus, ò puer,
 unicū principium ijs qui bene cōsulere uolunt, est intelli-
 gere quid illud sit de quo cōsultiatur, uel oīno aberrare ne-
 cesse, plerq; uerò lateat quod nesciant rei substantiam.
 Tanquā igitur scientes, in dispositionis principio nō decla-
 rant. procedentes uerò quod par est, consequitur, ut nec
 sibi, nec alijs consentanea loquantur. Tibi igitur & mi-
 hi ne accidat quod in alijs dānamus, postquam nobis di-
 screpatio est, uerū cum amante potius, quam non amate,
 amicitia sit inuenda, quid amor ipse sit, & quam uim
 habeat, definitione ex cōsensu posita cognoscamus: atque
 ad id respicientes referentesq; consideremus, emolumentū
 tumne, an detrimentum afferat. Quod igitur cupiditas
 quadam sit amor, oībus manifestum: quod uerò et qui
 non amant, pulchra seu bona cupiunt, non ignoramus.
 Ut igitur quo amans a non amante discernitur, intelliga-
 mus, scire oportet duas in uoquoq; nostrū ideas esse domi-
 nātes atq; ducentes, quas sequimur quocunq; ducunt. Al-
 tera quidem est innata nobis voluptatū cupiditas. Al-
 tera uerò acquisita opinio optimi affectatrix. Hæ aut in no-
 bis quandoque consentiunt, quandoque in seditione &
 discordia sunt: & modo hæc, modo altera peruincit.
 Quando igitur opinio ad id quod optimum est, ratione
 c y ducit

ducit ac superat, hac ipsa viuendi potestas temperantia nominatur. Quando vero cupiditas absq; rōne ad voluptates trahit, nobisq; imperat imperiū hoc libido vocatur. Libido autē cum multiformis sit, multarumq; partium, multas vitz appellaciones hēt, & harum formatū, quae maximē in aliquo exuberat, sua illū appellacione nominatū reddit, nec vllum suis decorum aut dignū tribuit cognomen. Circa cibos. n. superatrix rōnis, & aliarum cupiditatū cupiditas, ingluuiēs appellatur: & eum qui hāc habet, hac ipsa appellacione nuncupatū reddit. Rursus quae circa ebrietate tyrannidem exercet, ac eum quem possidet, hac ducit, patet quod habebit cognomen. atque alia horū germana, et germanarum cupiditatū nomina vbi aliqua maximē dominatur, quō ponenda sint, manifestum est. Cuius autē gratia superiora oīa diximus, ferē iam patet: siue tamen dicatur, siue non, magis quā si p̄missum sit, patebit. Nam cupiditas absq; rōne quae superat opinionem ad recta tendentē, rapitq; ad voluptatem formā, & a cognatis cupiditatibus circa corporis formam vehementer corroborata peruincit & superat, q̄m v̄t̄ T̄s̄ p̄v̄s̄. i. robore & vehementia, q̄os̄. i. amor appellata est. Num tibi, o amice Phædre, quemadmodū mihi, videtur diuinū quiddam passus fuisse? PHAED. Profectō quidē, o Socrates, prater solitum profluens quaedam amplitudo te cepit. S. O. C. Silentio igitur me audi. Nam reuera diuinus hic videtur locus. Quare si sapiens nymphis procedente sermone corripior, ne mireris. Ea certe quae modo canebam, à dithyrambis non multū distant. PHAED. Verissima narras. S. O. C. Horū equidem tu causa es. sed audi cetera, ne abeat id quod superuenit. At vero Deo cura erunt, nos disputando ad puerum reuertamur. Age igitur, o optime, quid sit id de quo cōsultur, dictū & definitum est. Respicentes ergo ad hoc quod reliquū est, videamus quid emolumentū, vel damni ab amante, & non amante, ei qui obsequitur, sit merito prouenturum. Hominem libidini mancipatum, & voluptatibus seruientem necesse est amatū suū pro viribus sibi quā iucundissimū reddere. Aegrotanti vero quicquid non repugnat, iucundū: quod vero melius, aut aequale, molestū. Quare neq; praestantiorē, neq; parem amator amatū sponte vquam patietur esse. Inferiorem autē indigentiorēq; quoad poterit, semper efficiet. Deterior igitur rans sapiete, forti timidus, ineptus ad dicendū rhetorico, hebes acuto. Hac et plura insuper animi mala cū natura insunt vel sūt amato, gaudet amator, atq; alia insuper inferre conatur. Alioquin voluptate priuatur. Inuideat ergo necesse est amator amato, atq; eum ab omni consuetudine studioq; vnde vir excellēs euadere possit, amouens, vehementer officiat. Maximē tamen ex priuatione illius obest, quod prudentissimū efficit. Prudentissimum vero diuina facit philosophia, à qua amator procul abducere amatū compellitur, metuens ne ab eo, si fiat sapientior, contēnatur. Deniq; oīa efficit, quibus ille omnium ignarus euadat, admireturq; amantem. Qualis cum fuerit, amatori quidē iucundissimus erit, sibi autē ipsi perniciosissimus. Atq; ita in his quae ad intelligentiam pertinent, noxia est cū amatore consuetudo. Posthac videndū quo pacto is qui bono dulce antepone cogitur, corpus illius quē amat, si commissum sibi fuerit, sit curaturus. Optabit profectō corpus non solidum, sed molle & delicatum, non

sub sole, sed vmbra nutritū, quod procul à periculis & laboribus siccisq; sudoribus, muliebri & delicato victu fuerit educatū, coloribus alienis extraneisq; ornamentis ex priorū defectu ornatum, ceterisq; horum similibus consuetum. Quae oīa cum proluxius recensere indignum sit, summatim in praesentia cōcludemus, ut reliqua prosequamur. Talem sanē corporis habitum in praelijs & quauis alia ingenti necessitate, hostes quidem audacter inuadunt, amici autē ipsiq; amatores huic maximē metuunt. Sed hoc iam tanquam manifestum dimittendum est. Deinceps vero dicendum quid nobis emolumentū, vel damni in rebus externis amantis familiaritas & custodia praebeat. Atqui hoc oībus amatori praesertim est manifestum, quod amicissima charissimāq; & diuinissima possessione orbū fieri amatū desiderat. Parentibus enim, necessarijs, amicis priuari cū exoptat, existimans eos ducissimā ipsius cum amato consuetudini impedimento fore. Puerum praterea vel auri, vel cuiusuis possessionis diuisum, neque facile capi posse putat: neque si captus fuerit, detineri. Quāobrem necesse est amatorem, tanquam inuidū amati prosperitate dolere, aduersitate gaudere. Quinetiā sine vxore, sine filijs, sine domo, diu exoptat viuere adolescentem, cupiens plurimū tempus propria dulcedine perfrui. Sunt alia quoque mala, sed horum plurimis in ipso statim principio Damon aliquis voluptatem immiscuit, veluti adulatori grauisima bestia maximāq; calamitati inferuit natura oblectamentū aliquod inconcinnum. Vituperabit quoq; scortum aliquis, ut potē noxium, & alia hōmō animalia atq; studia, quae nos ad praesens delectare consueuerunt. Amans vero prater quā quod noxius, est etiam sua consuetudine omnium molestissimus. Pares. n. cum paribus veteri prouerbio iucundissimē congregantur. Nam aequalitas temporū, cum ad aequales voluptates propter similitudinē trahat, amicitiam parit. Verū tamen his etiam nimiam satietatem affert, proinde necessitas oībus in rebus cuiq; grauis est. quae quidem simul cum dissimilitudine in amante ad amatū est maximē. Iuniori. n. senior adhaerens, neq; die vlla, neq; nocte ab eo sponte recedit, sed necessitate & furore rapitur. qui illū quidem voluptatum illecebris trahit videntem, audientem, tangentem, & oīno amatū sensu, quolibet attingentē, ita ut ingenti cum voluptate illi assidue obsequatur. Amatū vero quae voluptate, quōue solatio aequale tēpus adeo detinebit, ut extrema molestia non vexetur? cū faciem senilem deformemq; aspiciat, ceteraq; similiter, quae nō factū solum, verū etiam auditū molesta sunt, necessitate quadā ad ipsum captandū semper proposita, dū sedulis passim insidijs obseruatur, auditq; importunas immoderatāq; tū laudes, tū vituperationes quibus amans ipsum prosequitur: quae in sobrietate quidē intolerabiles sunt, in ebrietate vero non intolerabiles solum, verū etiam ob nimiam aperte loquendi licentiam turpissima. Praterea dū amat, perniciosus & importunus est. Cū vero amare deserit, in posterū infidus aduersus illum, quē multis iuramentis, precibus atq; promissis iuxta tandem induxerat, ut praemiorum spe infestam eius consuetudinē sustineret. Demum cū rependere deceat, principē alium in se ac praesidem accipit, mentem temperantiamq; pro amore atq; insania, factusq; iam alius amatū fallit. Tunc amatus eorum quae dicta quondam & facta sunt

sunt memor, beneficiorum gratiam exigit, putans cum eodem verba se facere. Sed aliter ob verecundiam, neq; au det mutatu esse se confiteri, neq; inuenit qua rone prioris illius principatus insani iuramenta et promissa persoluat, mentis iam & temperantia copos effectus, ne si eade qua & antea fecerit, similis idemq; ac fuerat ante, rursus euadat. Hinc efficitur, ut qui ante amauerat, iam au fugiat, mutatusq; abeat, quasi testa in aduersum cadente: alter vero persequi cogatur, grauer ferens, ad impre cationesq; conuersus. Qui sane ab initio deceptus est, cum ignorauerit no decuisse, amanti necessario ameti gratifi cari, imo homini multo magis ab amore libero mentemq; habenti. Alioquin necessariu fore, seipsum committere ho mini infido, moroso, inuido, molesto, pernicioso ad reru possessione, pernicioso ad corporis habitum, longe vero ad animi disciplinam perniciosissimo, qua nihil apud deos & hoies reuera aut est, aut erit inquam venerabilis. Haec, o puer, consideranda sunt, atq; illud insuper animadu erendum, amatoris amicitiam non benevolentia vlla, sed auaritate quadam expletionis quasi fame constare.

Ut lupus ipse agnum, puerum sic ardet amator. Hoc illud est quod praedixerat, o Phaedre. Nec dicente me ulterius audies, sed iam finem habeat sermo, quanquam putabam dimidiu disputationis transactum esse, ac resta re tantundem de non amante dicendum, quod illi potius iudulgere deceat, ad idq; quot illi bona insunt enumeran da. PH AED. Cur ergo desistis, o Socrates? SOC. Anma duertisti Phaedre, carmina me iam non dithyrabos am plius canere, quamuis in uituperando mea versetur ora tio? quod si laudare alteru pergam, quid facturum me pu tas? An non sentis a nymphis, tu opera tua, tu diuina prouidentia me afflari? Quare summatum dico, tot bona inesse alteri, quot mala in altero numerauimus. Sed quid multis opus est verbis? De vtrisque enim sufficienter di ctum. Atq; ita quod decet, fabula patietur. Ego iam transmissio flumine abeo, prius quam ad maius aliquid abs te compellar. PH AED. Nondum, o Socrates, prius quam estus abscedat. An no vides, ut ia plane meridies sit, in qua hora intesus est calor? Sed interim morates, ac de his qua diximus, colloquentes, cu primu refrixerit, tuc abeamus. SOC. Diuinus es circa sermones, o Phaedre, ac uerè mirabilis: Arbitror equide orationu qua his teporibus habita sunt, neminem pluribus autore causamq; fuisse, quam te, siue vltro dicendo, siue quoquo modo alios com pellendo. Simmia Thebanu excipio. Alios vero longe an recellis. Et nuc uideris in causa fuisse, ut aliqua a me ora tio habeatur. PH AED. Non tu bellum sane denuncias, sed quonam modo, et qua oratio? SOC. Cu flume transiturus essem, demoniu & solitum mihi fieri signu factum est: quod sane quoties accidit, quod facturum era, agere prohi bet. hinc vocem audire visus sum, qua abire me vetat, antequam expiauerim, quasi aliquid deliquerim erga Deum. Su igitur vates quidem, at nequaqua bonus, sed quemadmodum, qui male sciunt literas, quantu ad me ipsum sufficiens. Clare itaq; iam intelligo delictum meu. Siquidem, o amice, praesagij quiddam etiam est in ani mo. Me n. comouit, & antea dum loquebar. vnde quoda modo verebar, ne cum forte secundu Ibycu apud deos deliquerim, apud homines gloriam consequar. Nunc sentia in quo deliquerim. PH AED. Quid est? SOC. Gra-

nem, o Phaedre, grauem, inquam, sermonem et tu attu listi, & me dicere copulisti. PH AED. Quonam pacto? SOC. Stultum et quodammodo impium: quo quis grauior esse potest? PH AED. Nullus, si tu vera narras. SOC. Quid n. Amorem? none Veneris filium, & Deum ali que putas? PH AED. Dicitur quidem. SOC. Non tame a Lysia, neq; ex sermone tuo, qui per os meu abs te, quasi quadam incantatione deductus, prolatus est. Si aut est, ut certe est, Deus aut diuinum quiddam amor, malu uti que non esse. At sermones de illo, quasi malum esset, ha biti sunt. In hoc ergo aduersus Amore deliquimus. At qui valde inepta disputationes ha nostra uidentur, quam uis Urbana: qua cum nihil synceru verumq; contineant, gloriatur tamen tanquam plurimu valeant, si homuncu lis nonnullis deceptis approbentur. Mihi igitur, o amice, expiari necesse est. Est aut his qui cofabulando peccant, expiatio queda vetus, quam Homerus no nouit, sed Ste sikhorus. Oculis n. priuatus ob Helena vituperationem, non ignorauit caecitatis causam, ut Homerus, sed vtpo te musicus eam agnouit. Itaq; statim illa fecit carmina, Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis Existi fugiens, nec adisti Pergama Troia.

Atque ita adito poemate, quam πάλωδιον. i. recan tationem, vocant, cofestim usum recuperauit amissum. Ego aut in hoc ero vtrisque sapientior, quod antequa acci dat mihi quicqua mali ob amoris vituperatione, conabor illi palinodia reddere, & quidem aperto capite, non ut supra, ob verecundiam velato. PH AED. His vero, o So crates, nihil mihi gratius efficere posses. SOC. Etenim meministi, o Phaedre, quam impudeter ex libro lectu est, & a meipso quoq; de amatore dictum. Quod si generosus aliquis vir & modestus, qui simile sibi alium amet ama ueritue, nos audeat, cu dicimus amantes ob minimas se pe causas maximas inimicitias suscitare, & inuidos ama tis perniciososq; esse hoies, audire se arbitrabitur in nauibus educatos, qui liberalè aliquem amorem nunqua in spe xerint, neq; vlllo modo nobis cocedet, qua in amoris viti peratione adducimus. PH AED. Forte per Ionè, o Socra tes. SOC. Hunc ego hoem veritus, & Amorem ipsum metuens, cupio veluti potabili oratione falsum illum auri busq; nostris noxiu sermonem diluere. Consulo quin etiam Lysia, ut quamprimum scribat amanti potius quam non amanti ex similibus indulgendu. PH AED. Ita futurum certo scito. Nam postqua tu amatorem laudaueris, necesse erit Lysia ut eadem scribat a me copelli. SOC. Istuc equi de credo, quadiu tu, qui nunc es, fueris. PH AED. Dic age forte aio. SOC. Eta vbi mihi puer ille adest, ad que superiore sermonem habui, ut hunc et audiat? ne si minus, quam audierit, temere no amanti obteperet. PH AED. Is tibi proximus semper adharet, quoad cupis. SOC. Sic er go, o egregie puer, cogita, priore sermonem Phaedri Pyto ele geniti Myrrhinusij fuisse: sequente vero Stesikhori Eup hemi filij, viri amabilis fore. huius hoc erit exordium. Non verus sermo ille est, qui p'sento amatore non amanti magis iubet gratificari, qua amas furit, no amans vero sanus est. Si n. simpliciter ueru esset, furorem esse malu, recte a nobis dictu fuisset. Nunc aut maxima bonorum nobis sunt per furore diuino quodam munere concessum. Nam et qua in Delphis futura pdicit vates, et qua in Do dona sacerdotes, furentes quide multa ac magna comoda

Maxima bona sunt per furore diuinitus concessum.

priuatum & publice Grecis hominibus attulerunt: sana
 Verò dum sunt, exigua, aut nulla. Quod si referamus
 Sibyllam, & alios quicunq; diuina vsi sunt Vaticinio.
 quam multa prædicentes in futurum profuerint, prolixius
 nimis extenderemus sermonem, & rem manifestam om-
 nibus proferremus, illud tamen dignum est testificari,
 quòd veteres qui nomina rebus imposuerunt, non turpe
 quiddam, neq; ignominiosum putauerunt furorē. Non.n.
 præclarissima arti qua futurū discernitur, hoc nomē anne-
 ctentes, eā *μωρῶν*.i. furorem nominassent, sed tanquam
 bonum quiddam sit furor, quando diuina sorte peruenit, ho-
 nestē arti nomen huiusmodi indiderunt. At nunc iunio-
 res isti interiecta τ litera, imperite nimium, *μωρῶν* di-
 xerunt. Sanē inuestigationes futuri sanorū hominum per
 aues et alia ostēta, vtpote à cōiectura humana intelligentia
 procedentes, mentē historiamq; auguralē cognominarunt.
 Quam deinde posteriores ὀ paruum in magnum Verētes,
 honestiori vocabulo exornāt. Quātō igitur perfectius præ-
 stantiusq; uaticiniū augurali coniectione, & nomen nomi-
 ne, opusq; opere, tanto testificantur antiqui furorem ex
 Deo profectum, quā humanam prudentiam præclarium
 esse. Atqui aduersus morbos et labores maximos ob anti-
 qua delicta quandoq; diuina indignatione mortalibus im-
 minentes gentibus quibusdam alicunde furor adueniens,
 ac prædicens quibus opus erat, remedia adinuenit, confu-
 giens ad vota cultusq; deorū: vnde expiationes propitiatio-
 nesq; consecutus, incolumē reddidit possidentem et in præ-
 sens tempus & in futurū, absolutionem presentium malo-
 rum rectē furenti occupatoq; adeptus. Tertia Verò à Mu-
 sis occupatio, & furor suscipiens teneram intellectamq; ani-
 mam, suscitāt illam atq; afflat. Vnde per cantus aliamq;
 poesim infinita antiquorū gesta exornans, posteros instruit.
 Qui autē absq; furore Musarum poeticas ad foros accedit,
 confidens artes quadam poetam se bonum euasurum, ina-
 nis ipse quidem atq; eius poesis præ illa, qua ex furore pro-
 cedit: qua quidem hæc qua ex prudentia fit, euanescit.
 Tot equidem, ac etiam plura diuini furoris præclara ope-
 ra referre possum. Quare hoc ipsum ne formidemus, ne ue-
 lla nos ratio absterreat, ostendens prudentem & sanum
 potius, quā concitatum amicum esse diligendū. At ille
 insuper ostēdat si potest, ac Victoriā reportet, nō pro vtili-
 tate amatis, & amati amorē à dijs esse concessum. Nobis
 Verò nunc ostendendum est contrā pro felicitate maxima
 huiusmodi furorē à dijs hominibus esse datum. Demō-
 stratio autē erit cōtentiosus quidem incredibilis, sapientibus
 Verò contrā. Oportet autem nos, prius de natura anima
 diuina & humana, affectus & opera intuentes, vera
 nouisse. Hoc Verò demonstrationis huius principium sit.
 Anima omnis immortalis. quod.n. semper mouetur, im-
 mortale est. quod Verò aliud mouet, ab aliq; mouetur,
 cum terminum habeat motus, terminum habet & Vita.
 Solum ergo quod seipsum mouet, quia nunquam se dese-
 rit, nunquam cessat moueri. Imò Verò et alijs quacunq;
 mouentur, id fons & principium est mouendi. Principiū
 autē sine ortu est. Ex principio.n. necesse est quicquid gene-
 ratur oriri, ipsum autē ex nullo. Nam si principium orire-
 tur ex aliquo, ex principio vtiq; non oriretur. Cū Verò sit
 absq; ortu, & absque interitu sit, necesse est. Nam si
 principiū interiret, neq; ipsum ex alio, neq; ex ipso aliud
 nasceretur. Siquidē ex principio omnia oriuntur oportet.

De anima
 immortalitate.

Sic ergo principium motus est, quod seipsum mouet. Hæc
 autem neq; mori, neq; nasci potest. Alioquin omne cælū,
 omnisq; generatio concidat desinatq; necesse est, neq; rur-
 sus unquam constare possit, vnde hæc motum nacta oriā-
 tur. Cū igitur appareat immortale esse quod seipsum mo-
 uet, anima substantiam & rationem hanc ipsam qui di-
 xerit, non erubescet. Omne enim corpus cui motus extrin-
 secus incidit, inanime est. Cui Verò intus ex seipso id in-
 est, animatum, tanquam hæc anima natura sit. quod si
 ita est, vt nō sit aliud quicquā quod seipsum moueat præ-
 ter animam, necessario ingenta & immortalis est ani-
 ma. De immortalitate anima satis est dictum. De idea
 Verò ipsius in hunc modum est dicendum. Quale id omni-
 no sit, diuina penitus prolixæq; narrationis foret: simili-
 tudinem Verò eius quandam describere, humana & bre-
 uioris. hoc igitur modo dicamus, Similis esto cognata pa-
 tentia subalati currus & aurigæ. Deorum equi & auri-
 gæ oēs boni sunt atq; ex bonis, aliorū Verò permixti. Prin-
 cipio quidē nostri princeps bigas habens moderatur: deinde
 equorum alter bonus & pulcher, & ex talibus, alter cō-
 trarius & ex contrarijs. Quo fit vt dura & difficilis ne-
 cessario sit vectura nostra. Qua Verò ratione mortale &
 immortale animal appellatum est, conandum est dicere.
 Omnis anima totius inanimati curam habet, totumq; per-
 currit cælum, alius videlicet alias sortita species. Perfe-
 cta quidem dū est et alta sublimis incedit, ac totū guber-
 nat mundum. Cui Verò alæ defluerint, fertur quo ad sa-
 lidum aliquid apprehēderit, ubi habit aculum sortita, cor-
 pū sue terrenum suscipit, sese mouere apparens propter il-
 lius potentiā: animāq; totum uocatur, anima simul cu-
 pusq; cōpactū, et mortale animal cognominatur. Immorta-
 le autē ex nulla rōne discursu percepta, sed qua fingitur:
 quippe cū neq; viderimus, neq; satis intellexerimus deū,
 immortale quoddam animal habens quidem aīam, habens
 etiā corpus naturaliter omne tēpus coniuncta. Sed hæc iā
 vti Deo placet, ita se habeant & dicantur, per quā v-
 rō causam alæ abijciantur, decidantq; ab anima, nūc di-
 camus. Est autē talis quædam, naturalis alarū vis est, gra-
 ue in sublime attollere, vbi deorum inhabitat genus. Or-
 mniū Verò, qua sunt circa corpus, maxime particeps di-
 uini est aīus. Diuinum autē pulchrum, sapiens, bonū, et
 quicquid tale dici pot. His vtiq; alitur maxime, angē-
 turq; ipsa alatio animi: turpi autē & malo contrarijsq;
 hmoi deficit atq; interit. Magnus utiq; dux in cælo Iupi-
 ter citans alatu currum primus incedit, exornans cūcta,
 prouideq; disponens. Hūc sequitur deorū dæmonumq; exer-
 citus per vndecim partes ordinatus. Permanet autē Vesta
 in deorū ade sola. Aliorum Verò deorū quicunq; in duo-
 decim numero cōsentur, sua quisq; functioni p̄st, ut quisq;
 est ordinatus. Per multa igitur beatq; spectacula discursusq;
 intra cælū existūt, quibus deorū genus beatorū inten-
 dit suū quisq; officium peragens. Sequitur autē semper ve-
 lens et potens. Liuor n. à diuino choro procul abest. Cūm
 Verò ad conuiuū ac dapas vadunt, in summū cæli fasti-
 giū sublimes eunt. Deorum quidē uehicula apta habens,
 æqualiterq; librata facile gradiuntur, aliorum uerò agre.
 Grauat n. prauitatis particeps equus, ad terram ver-
 gens atq; trahens, cuiusque aurigarū equus non bonus
 nutritus fuerit. Vbi iam labor & certamen extremum
 anima proponitur. Quæ.n. immortales vocantur, cum

Vide ut Pla
to ponit ali
qua extra
caelum.

Intellectus
anima gū
bernator.

10 21.

Notem ani
marum con
ditiones.

ad summum pervenerint, extra progressa in caeli dorso consistunt. Ibi constitutas circumferentia ipsa circumfert, atq; illa intuentur, quae sunt extra caelum. Locum vero supercaelestem, neq; quisquam nostrorum laudavit adhuc poetarum, neq; unquam pro dignitate laudabit habet se vero in hunc modum. Audendum est. n. verum dicere, praesertim de veritate loquenti. Sine colore, sine figura, sine tactu, sine essentia vere existens, aia gubernatore solo intellectu contemplante vitur, circa quam vera scientia genus hunc habet locum. Vt potest igitur Dei cogitatio intellectu & scientia immaculata se vertens, cogitatio quoq; oēs anima quaecumq; convenientem sibi conditionem susceptura est, intuita per tempus id quod est, cōtenta veritatis contemplatione nutritur & gaudet, donec circulo in idem circumferentia referat. In hoc aut circuitu conspicit ipsam iustitiam, conspicit temperantiam, conspicit scientiam, non qua adsit generatio, nec qua alia alicubi sit in alio, quales videlicet sunt eorum, quae nos entia nūc appellamus: sed illam q̄ in eo quod est ens verè, scientia est: & alia eodem modo, q̄ verè sunt speculata atq; his enutrita, subiens rursus intra caelum, domū reuertitur. Cū aut redierit, auriga ad praesepse sistens equos, obijcit illis ambrosiam, & post ipsam nectar potandū. atq; haec deorum est vita. Ceterarum vero aiarum, alia optimè Deum secuta, similiaq; effecta, extulit in supercaelestem locum aurigae caput, & cū ipsa circumferentia simul delata est, sed perturbata ab equis, & vix ea quae verè sunt, intuita. Alia vero modo caput extulit, modo submisit: at ob violentiam equorum, partim vidit quidem, partim vero non vidit. Alia aut animae affectates quidem oēs superiorem locum sequuntur: cū vero nequeat, submersa circumferuntur, calcantes sese inuicē atq; incumbentes, alia aliam praere contendens. Tumultus igitur & certamen & sudor fit extremus. Vbi quidem aurigarū vitio multa claudicant, multa multas pēnas confringūt, oēs vero magno implicata labore, expertes eius quod verè est intuenti, discedunt: post discessum vero alimento vtuntur opinabili. Cuius quidem gratia multus inest conatus, veritatis campus vbi nam sit, intueri. Nā ex hmoi prato optima vis aia convenientē accipit alimoniam, & alarum natura qua aia eleuatur, hoc alitur. Regulag; Adraetia dea. i. inenitabilis nūminis, haec est: Vt quaecumq; aia Deum comitata aliquid verorum inspexerit, ea vsq; ad circuitū alium sit indēnis: & si semper hoc facere queat, sit semper illasa. Si vero impotens assequendi non inspexerit, & casu aliquo visa, repletag; obliuione & prauitate grauetur, grauata aut pennas confregit, in terramq; reciderit, tunc prohibet lex hāc in prima generatione in aliquā brutale ire naturam: sed iubet eā, q̄ plurima viderit, in geniturā viri philosophi, aut pulchritudinis cupidi, aut musici, atq; amatorij: eā vero, q̄ secundo loco, in regē legitimū, aut bellicosum virum & imperatorij descendere. Tertio in gubernatorem reip. aut rei familiaris dispensatorem vel quaestuarium. Quarto in laboriosum gymnasticum, aut circa medelam curamq; corporis versaturū. Quinto in eos qui nates futuri sunt, & circa mysteria q̄dam. Sexto in poetam, vel alium quēvis eorū, qui apte in imitatione versantur. Septimo in artificē vel agricolā. Octauo in sophistā et popularē. Nono in tyrānicum. In his aut oīs bus quicūq; iuste

vitam egerit, sortem postea nāciscitur meliōre: qui vero iniuste, deteriore. In idem. n. vnde profecta est cuiusq; aia, annis decem millibus non reuertitur. Nā alas ante hoc spatium non recuperat, prater illius aiam, qui philosophatus est sine dolo, vel vna cū sapientia studio pulchritudinem amavit. Haec quidē tertio ambitu mille annorum, si ter hanc ipsam deinceps elegerint vitā, sic recuperatis alas, post tria millia annorū euolant abeuntes. Alia vero aia primā vitā finem consecuta, iudicatur. Iudicatur aut alia sub terra in iudicij locum euntes, merita eas illic pēnas sustinent. Alia in caeli quendam locū per iudicium eleuata, ita degunt, vt dignū est ea vitā, qua in hōis figurā vixerunt. Millesimo anno amba redeūtes sortem, & electionē secundā vitā suscipiunt, deligit vnaquaq; eam vitā quam velit. Hic & in bestia vitam humana aia transit, & ex bestia rursus in hōem, si modo aia quandoq; prius fuerit hōis. Nam quae nunquam veritatem inspexerit, in hanc figuram venire non poterit: oportet vero hōem intelligere secundum speciem, ex multis procedentē sensibus in vnum ratiocinatione conceptum. Hoc aut est recordatio illorum, quae olim vidit aia nostra cū Deo perfecta, & illa despiciens, quae nūc esse dicimus, & ad id quod verè est sursum reflexa. Qua propter sola philosophi cogitatio merito recuperat alas. Nam illis semper quantum fieri potest, memoria inheret, quibus Deus inherens diuinus est. Talibus aut cōmentationibus, qui recte vitur, perfectisq; mysterijs semper imbuitur, perfectus reuera solus euadit. Ab humanis aut studijs segregatus, diuinoq; inherens, carpitur à multitudine, quasi extra se positus, sed ipse Deo plenus multitudinē latet. Tendit igitur huc totus sermo, qui est circa quartum furorem, quo quando quis visa hic pulchritudine aliqua vera illius reminiscens, ulas recipit, receptiq; euolare nititur. Cū vero id facere nequeat, tanquam auis superna suspiciens, & inferiora contemnens, crimē reportat, quasi furore correptus. Haec itaq; diuina alienatio omnium alienationum optima, atq; ex optimis fit, & habenti, & participanti: & qui hoc tenetur furore, cū amet pulchra, amator vocatur. Vt enim dictum est, omnis anima hominis ea quae verè sunt, intuita est, alioquin in hoc animal nō venisset. Recordari vero ex his quae hic sunt, illorum, non facile est oīs bus, nec quot ex illis breue tempus illuc inspexerunt, neq; quot huc descendentes infortunata fuerunt, ita vt quibusdam cōsuetudinibus deprauata, sacrorum quae aliquando inspexerant, obliuione susceperint. Quāobrem pauca restant, quibus satis memoria super sit. Haec vero quando hic similitudinem aliquam eorum, q̄ illic inspexerant, intuetur, obstupescunt, & quasi extra se ponuntur: quae tamen sit haec affectio ignorant, quia non satis oīno persentiunt. Iustitia quidem & temperantia, & aliorum quaecumq; in animis preciosa sunt, splendorem nullum in his imaginibus cernimus, sed per obscura quaedam instrumenta vix & per pauci in eorum imagines accedentes eius, quod representatur, genus aspiciunt. At pulchritudinē tunc licebat videre clarissimā, quādo cū beato illo choro felicē visionem contemplationemq; secuti cū Ioue quidem nos, alij vero cū alio quodam deorum, viderunt, et initiati sunt sacris, quae fas est dicere sacrorum oīm beatissima: quae operamur integri quidem nos & malorū expertes,

Ad idem re
uertitur a
nima post
decē millia
annorum.

Humana
aia trans
mutatio.

quot in posterum manebant, integra quoque & simplicia immobiliaque, & beata spectacula initiati inspectantes pura in luce puri & immaculati, soluti, ab his quod nunc circumferentes, corpus vocamus, in modum ostreae huic alligati. Haec autem memoria sunt accepta ferenda, propter quam desiderio illorum quae quondam vidimus, nunc sermonem extendimus. Pulchritudo autem, quemadmodum diximus, & cum illis progrediens effulgebat tunc, & huc profecti percepimus eam per sensum nostrorum perspicacissimum clarissime resurgente. Visus enim nobis peracutissimus est sensuum omnium, qui per corpus sunt, quo sapientia non cernitur. Ardentes enim excitaret amores, siquod tale ipsius simulacrum manifestum oculis proueneret. Eadem est de ceteris quae sunt amabilia, ratio. At vero pulchritudo sola hanc habuit sortem, ut maxime omnium & perspicua sit, & amabilis. Qui ergo non est mysterijs nuper initiatus, aut potius est deprauatus, haud celeriter hinc illuc ad ipsam pulchritudinem excitatur, similitudinem hic quandam, quae ab illa denotatur aspiciet. Quapropter non veneratur dum aspicit, sed quadrupedis ritu deditus, voluptati aggredi & concubere nititur: petulanterque congregiens, nec timet, nec erubescit voluptatem praeter naturam sectari. Sed qui nuper expiatus est sacris, quiue aliquando est plurima contemplatus, quando vultum diuina forma decorum videt, apte ipsam pulchritudinem imitatum, vel aliquam corporis speciem, primo quidem horret, metusque vetus aliquis in eum reuoluitur: deinde inspiciens tanquam deum colit: ac nisi vereretur vehementis insaniae crimen, sacra amatis non aliter quam dei statuae faceret. Intuentem vero ipsum velut ex horrore, permutatio, sudor, & ardor insolitus occupat. Quandoque pulchritudinis influxum per oculos accipit, calescit, quo penarum natura irrigatur: postquam vero incaluit, liquefcunt quae ad pullulandum spectant, quaeque diu praeduritie compacta, exitum germinis cohibebant. Vbi autem influxerit alimonia, penarum germina iam ab ipsis radicibus tumescencia impetu quodam per aera speciem totam nituntur erumpere: tota enim erat olim penis suffulta. Fernet itaque tunc omnis & profilit: atque ut infantes quum dentes emittunt, pruritu & dolore gingivarum vexantur: ita & penae emittentis aera feruet, & titillatione, molestiaque afficitur. Itaque cum pueri specie intuetur, cupidinemque inde effluentem imbibes irrigatur calescitque, dolere iam desinit, atque latatur. Cum vero procul abfuerit, exarueritque meatus qua parte scaturire nititur ala, aridi & constrikti, penarum germen cohibent: hoc intus vna cum cupidineo illo influxu oclusum tumescitque more resiliens, ipsum sibimet suos meatus vndique obstruit pungitque. Tota igitur aera vndique saucia stimulo concitatur & angitur, rursusque memor pulchritudinis delectatur. Ex utrisque vero permixtis passionis huiusmodi vehementia & nouitate vexatur, & anxia furit, atque insanit. Sic affecta, praefurore neque nocte dormire potest, neque die usquam consistere, sed passim discurret desiderio pulchri videndi percussa. Videns autem & influxum illum cupidineum hauriens, abstrusa prius & coclusa, iam aperit & resoluit. Cum vero iam respirauerit, stimulis angustiisque liberatur. Haec utique suauissima voluptate in presenti usque adeo delinitur, ut nunquam ab eius illecebris sponte discedat, neque quinquam pluri facit, quam amatum, sed parentes, fratres, ami-

Pulchritudo sola maxime omnium amabilis.

cosque omnes obliuioni tradit, ac dissipato per incuriam patri monio minime commouetur, patrias quoque consuetudines & dignitates quibus gloriari solebat, penitus aspernatur, & seruire, & iacere parata vbiqumque permittitur, modo igniculo suo inhereat. Non enim colit solummodo & veneratur formosum, sed medicum et hunc grauisimorum morborum sibi solum inuenit. Hunc utique affectum ingenuè adolescens, ad quem meus est sermo, homines praeter, id est amorem, appellant. Quo autem modo dii nominant, si audieris, merito propter inuentum ridebis. Tradunt Homerici quidam, ut arbitror, ex recoditis carminibus, in amorem carmina duo, quorum alterum valde petulans, neque satis concinnum. Sic autem aiunt. Hunc quidem mortales praeter, i. amorem vocant volatilem: Immortales autem alatum, propter volandi necessitatem. His partim licet credere, partim non licet. At qui causa affectioque amantium haec ipsa est. Quotcumque igitur ex Iouis pedissequis capti fuerint, grauius constantiusque alati, illius onus ferre possunt. Qui vero Martem coluerunt, cumque illo circumnagati sunt, amore illaqueati, siquam ab amato sibi inferri iniuriam putant, in eadem facile prouolant, praecipitesque tum ad seipsum, tum ad amatos necandos feruntur. Atque ita secundum quaeque deorum cum quo quilibet chorum egit, eundem honorat, imitaturque semper inuita pro viribus quoad permanet incorruptus, & hoc pacto primam huius vitae generationem ducit, talemque seipsum ad amatos & alios exhibet. Amorem ergo pulchrorum ex suo quisque deligit more, & tanquam deus sibi ille sit, quasi statua fabricat & exornat, utpote honoraturus, atque sacrificaturus. Iouis itaque cultores eum sibi amandum gerunt, cum Iouialis sit animus. Quare considerant utrum ad philosophiam & imperium natura sit aptus: & quando illum amant inuentum, omni opere contendunt quo ille talis euadat. Ac nisi prius quod exoptant, ingressi fuerint, studio suo, tunc contendunt admodum, discuntque vndeque aliquid possunt, atque ipsi etiam ad hoc opus progrediuntur. Inuestigantes ex seipsis dei sui naturam, vnde tadem copotes fiunt, ex eo quod summa quadam attentione mentis aciem in Deum erigere compellantur: deinde cum per memoriam illum attingant, diuinitate afflatur, atque ex eo mores & studia, quatenus homini licet dei participem fieri, capiunt. Quoniam vero horum omnium causas referunt in amatum, dilectione ardentius accenduntur. At si ab Ioue hauriant, bacchantium sacerdotum more, in amati aera transfundentes, proprio Deo quoad possunt, similitum reddunt. Quicumque vero Iunonem secuti sunt, regium quarunt, quo inuento similiter affecti eadem erga illum omnia faciunt. Apollinis praeterea reliquorumque cultores deorum singuli deos singulos imitantes, eodem modo affectum natura adolescentem gerunt, eoque comparato & ipsi imitantes, & adolescentibus persuadentes moderantesque in numinis ipsius studium & ideam pro viribus agunt. Non inuidia, non illiberali malevolentia in adolescentem suos vtuntur, sed omni studio illos ad perfectam vitam sui, tum Dei quem colunt similitudinem formare conantur. Cura igitur finisque verè amantium, si modo quod cupiunt, fuerint affecti, talis est profectio, quale descripsimus: & insignis admodum felicitas, ab amico propter amorem furente, dilecto suo, si captus fuerit, prouenit. Comprehenditur autem quisquis capitur, hoc pacto. Quilibet autem am ab

initio huius fabula trisariam diuisimus: atq; equorum equidem formas geminas, duas quasdam species posuimus: aurigam verò speciem tertiam: eademq; nobis in presentia maneat. Equorum autem alter bonus, alter non. Quae autem aut boni equi virtus, aut mali prauitas sit, nondum planè diximus, nunc verò dicendum. Bonus excellentiori habitu est, specie rectus, membris expressus, ardua ceruice, naribus modice aquilinis, nitido colore, nigris oculis, honoris cupidus, temperantiae pudorisq; particeps, ac vera opinionis amicus, nullis stimulis indigens, sed cohortatione sola rationeq; regitur. Alter intortus et multiplex temereq; delatus, fususq; & confusè compositus, rigenti & dura ceruice, atq; demisso collo, simo vultu, fusco colore, oculis castis sanguineq; suffusus, morosus & contumax, hirsutis auribus atq; surdis, vix flagello stimulisq; obtemperans. Quando igitur auriga amatoriu afficiens vultum, totamq; sensu instamans animam titillationis & desiderij stimulis concitatur, tum qui auriga obediens est equorum, vt consuevit, pudore cohibitus seipsum continet ne profiliat in amatu. Alter neq; stimulis, neq; verberibus coerceri potest, sed exultat, ac violètia delatus coniunctu sibi equu, aurigamq; perturbat, rapitq; ad Veneris voluptate. At illi ab initio aduersantur, indignati quod ad graua & iniqua trahantur. Tandè cū malum id minime cesset, cōpulsus feruntur, ceduntq; iam, & consentiunt quod insistenti facere. hinc haerent igniculo, affectumq; ipsius corruscum inspicunt. Quem intuitus auriga, pulchritudinis ipsius naturam memoria repetit, rursumq; illa cū temperantia cernit, in casto fundamento firmiter collocatam. Videns aut metuit, ac praereuerentia recidit resupinus: vbi simulq; cogitur vsque adeo habenas retrahere, vt equi ambo femoribus, aut natibus humi resideant, sed alter quidem spontè, quia minime reluctatur, procax aut equus alter prorsus inuitus. Tògus verò discedentes, alter quidem propter verecundiam admirationemq; sudore totam animam madefacit, alter verò à dolore liberatus, quem vt frenum & casus incusserat, vix tandem respirat, atq; respiciens indignatione motus aurigam equumq; coniunctum increpat, quod timiditate atq; ignaua constitutum ordinem deseruerint. Rursumq; nolentes accedere cogens, vix tandè concessit illis differri in posterum exorantibus. Accedente aut statuto tempore, cuius esse immemores, illi quidè simulant, hic verò illis cōmemorat, vrgens hinniensq; & trahens, compellit iterum isdem verbis amatos affari. Postquam verò propè accesserunt, inflexus extensa cauda, frenum mordet, & impudentissime rapit. Sed auriga multo magis eadem passus, & quasi à carcere statim humi decubens, habenas longè vehementius trahit, & dentes equi flagitiosi reprimat, atq; impuram linguam, maxillasq; cruentas, erura natesq; humi desigat, ac penas dare cōpellit. Quod eū saepe iam prauus equus ille perpeffus est, lasciuire destitit, mansuetus iam auriga obtemperat prouidentiae: atq; eū cū videt pulchrū, formidine contremiscit, adeo vt quandoq; contingat amatoris animam iam cū reuerentia quadam & metu adolescentu vestigia sequi. Vt potè igitur oī cultu, tanquam Deo equalis adolescentē obseruatus ab amatore, haud quidem simulante, sed reuera sic affecto, praesertim cū & ipse honoratus natura colentis sit amicus, in idem postremo cū amatore con-

spirat: ac etiam si antea à familiaribus suis condiscipulisq; & alijs per calumniam deceptus fuerit, dicentibus turpè esse amanti haerere, ideoz; amantem reiecerit, tandem verò procedente tempore atq; & natura debitus ordo eum in consuetudinem amantis inducunt. Nunquā enim fato decretum est, vel malum amicū malo, vel bonum bono non amicū esse. Ergo cū adolescens colloquio & consuetudine receperit amatorem, tunc amantis illius benevolentia iam facta propinquior, amatū ipsū admirari compellit, animaduertentem necessariorum amicorumq; oīum aliorum benevolentiam, si cū amico diuinitus afflato conferatur, nullius fore momenti: ac si senior ille diu sic pergat, haereatq; & in gymnasijs ceterisue similibus tangat, tunc iam fluxus liquorisq; illius fons, quem iuepor. i. cupidineum influxum Iupiter Ganymedis amore captus vocauit, qui in amantem vberimus influxit, partim in ipsum infusus est, partim foris effluit cū exuberavit. ac veluti aër & Echo à leuibus solidisq; repulsa corporibus eodem vnde venerunt, iterum reflectuntur: ita pulchritudinis ille fluxus rursus in pulchrū per oculos refluens, quā penetrare in animam consuevit, adeo pennarum meatus irrigat, vt & possint iam & incipiant pullulare, atq; ita amati animū mutuo implet amore. Amat igitur, quid verò amet ambigit, affectumq; suū nec nouit, nec eloqui potest: sed perinde ac si lippi alicuius aspectu oculos similiter sit infectus, presentis morbi assignare causam nescit, nec animaduertit, quod seipsum in amatore tanquam in speculo respicit. Itaq; presente illo, dolere vt ille similiter desinit, absente verò desiderat vicissim desideratus, mutuū amorem tanquam amoris simulacrū possidens, nec amorem ipsum, sed amicitiam & vocat, & putat. Cupit ergo ferme vt ille, quamuis moderatius, videre atq; assidue consuetudine perfrui, & vt par est, posthac protinus hac facit. In ipsa igitur consuetudine amatoris quidem intemperās equus aurigam cōpellans, breuem efflagitat pro multis laboribus voluptatem: adolescentis aut equus eidem quid dicat, ignorat, sed percitus anxiusq; amantem mutua prosequitur benevolentia, amantissimo suo cōgratulus, atq; in ipsa familiaritate paratus est pro veribus amatoris desiderio obtemperare. Cōiungatus aut equus simul & auriga cū pudore, & rōne his in rebus huic aduersantur. Quare si secundum rectam vitæ institutionem & philosophiae studia meliores cogitationis partes obtineant, beatam atq; concordè presentem vitam agūt, sui ipsorum domini atq; modesti ea parte subiecta cui anima vitium inest, ea contra liberata ad quam probitas pertinet. In huius autem vitæ sine recuperatis alijs praepetes euolant, cū triū certaminum verè Olympicorum vnum peruicerint. Quo quidè nullum praestantius bonū, aut humana temperantia, aut diuinus furor hoībus afferre potest. Quod si impudentiorem quandā vitam, philosophiae expertem, alioquin ambitiosam secuti sint, forte inebrietate, aut alia quauis desidiōsa licentia, intemperati illorum equi incautus animas inuadunt, easq; in idem illud oblectamenti genus conducentes, sectari cōpellunt, quod vulgò beatissimū indicatur, inq; eius desiderij expletione iam deinde versantur. Hac tamen idcirco raro videntur, quia non oīs in hoc consentit animi cogitatio. Amici ergo & isti, licet minus, quā illi superiores, tū feruente

ferente amore, tum restincto degunt, fidem sibi inuicē firmissimam & dedisse, & accepisse putātes. nefas. n. esse ducunt, fidem frangere, & inimicos quandoq; ex amicis euadere. Demū cum natura concesserint, sic affecti abeunt, ut alati quidem nondū sint, sed pēnas emittere quodāmodo cœperint. Quamobrem p̄m̄ium amatorij furoris non paruum reportant. Nam in tenebras locumq; sub terram descendere illos, qui iam iter sub cœlis agere cœperant, lex prohibet: sed claram vitā agentes beatos fieri iubet, dum vnā pergunt, & simul alas emittunt. atq; hæc amoris gratia fiunt. Tot igitur ac talia, o puer, tamq; diuina, amatoris tibi amicitia conferet. Eius autē qui non amat, familiaritas temperantiæ mortali coniuncta, mortalibusq; & exilibus ministerijs dedita, illiberalitatē illā, q̄ vulgō virtus habetur, in sodalis sui aīo generabit, efficietq; ut nouem annorū milia super terrā, & sub terram demens pererret. Hæc tibi, o dilecte Amor, quā pulcherrimē optimeq; valuimus p̄oētis cum verbis, tum figuris impulsu Phædri palinodiam cecimus. Quare & antē dictis ignoscens, & hæc grata à nobis accipiens, benignus propitijsq; mihi adistes: amatoriam artem abs te cōcessam, neq; auferas indignatione aliqua, neq; et minuas. Quinetiam da, ut magis quā nūc apud honestos in pretio sim. Tum si quid numine tuo indignū à Phædro, & à me dictum sit, Lysia disputatio nis huius aurore accusans, ab hmoi sermonibus desistere facias, & ad philosophiam quemadmodū frater eius Polemarchus versus est, ita illum conuerte. Ut & hic eius amator Phædrus, haud amplius ut nunc, modo huc, modo illuc se transferat, sed in amoris simul & sapientiæ studio prorsus vitam agat. PHÆD. Hæc ego quoq; si præstat ita fieri, o Socrates, Deum oro. Tuū verò sermonē iam pridem admiror, quod longē superiorē antecellat: ut iā verear, ne Lysias mihi humilis videatur, si secū alio cōferre studeat. Atqui eū nuper cuius quissimā, o vir mirificē, hoc ipso noīe vituperauit, tota accusatione quendam orationū compositorē Vocans. fortē igitur, vel ob ambitionē, à scribendo deinceps abstinebit. SOC. Ridicula hæc, o adolescens, sn̄a est, & ab amici mēte longē aberras, si eū vsque adeo meticulosum putas. fortē verò obtrectatorē eius existimas rectē dixisse q̄ dixit. PH. Ita profectō visum est, o Socrates: neq; te fugit potētes in rep. præstantesq; viros vereri orationes cōponere, suaq; scripta relinquere, ne sophista fuisse posteris videātur. SOC. Prouerbiū illud, dulcis cubitus, o Phædre, te latuit, à longo cubito, qui propē Nilū est, ductū fuisse. neq; id solū, sed illud quoq; te fugit, quod excellētes prudentia ciues in conscribendis posteritatiq; relinquendis orationibus summopere studēt, qui vsque adeo laudatores suorū operū diligunt, ut primos eos adscribāt, qui scripta vbiq; laudent. PH. Quo id ais? Non. n. intelligo. SOC. Nescis quod in exordio libri à ciuili viro compositi, primus est laudator adscriptus? PHÆD. Quo pacto? SOC. Probatū est, inquit, scriptū senatui, aut populo, aut vtriusq; & ille qui dixit seipsum, ambitiosē noīans, extollensq; sn̄a aurore. deinde etiam dicit post hæc, suam ostentans laudatoribus sapientiā. Idq; sape postquā prolixam orationē habuerit. An aliud quicquā tibi istud videtur, quā scripta oratio? PHÆD. Nō aliud certē. SOC. Quod si approbetur, gestiens ex theatro discedit, tanquā p̄oēta: sin autē

Prouerbiū.

reprobetur excludaturq; à scribenda sententia, neque dignus cuius sn̄a mandetur literis habeatur, mœret ipse, eiusq; amici. PHÆD. Et maximē quidē. SOC. In hoc planē demonstrant se minimē asperrari studium hmoi, sed multi facere. PHÆD. Summopere. SOC. Quid verò si orator quissimam, aut rex eā nactus sit facultatem, ut quēadmodum Lycurgus, aut Solo, aut Darius immortalis in ciuitate scriptor haberi possit, an non & ipse aequalem se Deo, adhuc viuente existimat? & posteri nominēta eius considerantes, de illo similiter iudicant? PH. Vehementer. SOC. An igitur censēs talium quempiam, vel quantūcūq; malenolum Lysia studium eius hoc scribendi vituperaturum? PHÆD. Ex hū q̄ tu dicis id consentaneū non videtur: nam suū quoq; studium, ut videtur, vituperaret. SOC. Ergo ex hoc perspicuū esse cuiq; p̄t, non ob hoc ipsum quod scribat, quenquā esse vituperandū. PHÆD. Quid enim? SOC. At illud est, ut arbitror, turpē, turpiter ac malē & loqui, & scribere. PHÆD. Manifestū id quidē. SOC. Quā nam igitur & benē, & non benē scribendi ratio est? Nunquid opus est nobis, o Phædre de his, à Lysia, vel ab alio sciscitari, qui vel quandoq; scripserit aliquid, vel sit scripturus, seu ciuile publicū opus, siue priuatū, aut carmine, ut p̄oēta, aut tanquā priuatus oratione soluta? PHÆD. Rogas an opus sit? Cuius. n. gratia, ut ita dicā, viuat quissimam, nisi hmoi voluptatum? Non. n. illarum gratia, quas dolor necessariō antecedit, alioquin voluptas minimē prouenit: quod oēs penē voluptates corporis habent. Quare seruiles non iniuria sunt appellatæ. SOC. Ocio vtrq; abūdāmus, ac et mihi videntur velut in æstu super caput nestrū cicada canentes, & inuicem disputantes nos contueri. Si ergo nos viderent, quemadmodū & alios multos in meridiē non disputantes quidem, sed dormitantes, ab ipsis ob mentis desidiam delinitos, meritō deriderent existimantes mancipia q̄dam ad eas illuc diuertisse, inq; ipso secessu tanquam pecudes sub vmbra secus fontem meridiano somno teneri. Sin autem viderint differentes nos, minimeq; ab illarum, quasi Sirenum illecebris captos qui minus portū versus enauigaremus, fortē nobis libentissimē præmium illud tribuerent, quod deorum concessione traducere ad homines possunt. PHÆD. Quidnam muneris istud est quod possident? Nunquā. n. audisse videor. SOC. Non tamen decet Musarum studiosum virum rerum huiusmodi ignarum esse. Fertur autem hos olim homines antē Musas fuisse. Natis deinde Musis cantūq; monstrato, illorū nonnullos voluptate cantus vsque adeo delinitos fuisse, ut canentes cibum potumq; negligerent, imprudenterq; perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum, munus hoc à Musis nactum, ut alimentia non indigeat, sed absq; cibo potuq; quādiu vixerit cantet, postea verò ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat, renunciaturū. Ergo Terpichora nunciantes, qui præcipuē illam in choris cœtibuzq; celebrauerint, eā ipsis propitiā reddunt. Erato autē eos qui in rebus amatorijs honorauerint, atq; alijs eodem modo pro sua cuiq; venerationis specie. Calliope autem antiquissima, eamq; sequenti Urania, eos qui in philosophia viuunt coluntq; ipsarum musicam, referunt: quæ præceteris Musis circa cœlum, atque sermones tam diuinos, quā humanos versantur, vocē pulcherrimē modulātes.

Itaq;

Itaq; multis de causis dicendum est aliquid, neq; in meridie dormitandum. PH A E D. Dicendum certe. S O C. Igitur quod modo statueramus, iam differendum est. qua videlicet rōne quis recte, aut non recte & loquatur & scribat. PH A E D. Proculdubio. S O C. An nō necesse est eum qui recte dicturus sit, veram in ea re de qua loquatur, intelligentiam habere? PH. Audiuī equidem, o Socrates amice, non esse futuro oratori necessarium, quae reuera iusta sunt discere, sed quae iudicantium multitudini videantur: neq; reuera bona, aut honesta, sed q̄ sic appareant. ex his. n. potius quam ex veritate posse persuadere. S O C. Nunquā, o Phadre, sapientū contēnenda sunt dicta, imō diligēter quid sibi velint consideranda. Itaq; quod modo dicebas, praterendum esse nō arbitror. PH. Probē loqueris. S O C. Sic igitur istud consideremus. PH. Quo pacto? S O C. Hoc planē. Si tibi suaderē, hostes te equo expugnaturum, utiq; verō equum ignorarem, sed ego id tantum de te scirem, quod Phadrus equum putat esse illud aīal, quod ex oībus domesticis auriculas maximas habet. PH. Ridiculum id quidem esset, o Socrates. S O C. Nondū istud, sed quando obnixē tibi persuadere conarer oratione in asini laudes composita equum illum vocans, affirmansq; p̄stantissimum aīal esse, vile domi & foris, ad bellum p̄p̄tissimum, ad sarcinas ferendas aptum, & ad multa alia commodissimum. PH. Valde id absurdum. S O C. Nōnne p̄stat ridiculum amicū esse, quā gravem & inimicum? PH. Videtur. S O C. Quando igitur orator boni maliq; ignarus civitati similiter affēctā suadeat, non oratione quidem in umbrā asini laudē, tanquam equus illa sit, composita, sed de malo tanquam bonum id sit, differens, vulgīq; opiniones aucupatus, mala facere pro bonis inducat, quale putas oratorem hmoi segetem quam seuit messurum? PH. Haud sanē bonam. S O C. Nū, o bonē vir, rusticus quā deceat dicendi artē vituperavimus? Illa verō forsitan dixerit: Quid, o viri mirabiles, deliratis? Ego. n. neminem veritatis ignarum discere orare compello: sed si quis consilio meo usus, percepta veritate me capiet. Hoc sanē affirmo esse maximum, quod absq; me ēt si quis res novērit, nihilo magis persuadendi vim tenebit. An non iure hac dixerit? PH. Fateor equidē, si modō sequentes rōnes artem esse illum testentur. Audire nanq; mihi videor rōnes nō nullas, quae asserunt, mentiri eam, neq; artē esse, sed aliquid sine arte usum. Veram autē dicendi artem absq; veritate, inquit Laco, neq; esse aliquam, neq; unquam fore. Has rōnes, o Socrates, sed huc eas adducens, quid dicant, & quō discite. S O C. Adeste aī alia generosa, ac Phadros honesto adolescenti persuadete, nisi sufficienter philosophetur, eum nunquam aliqua de re sufficienter esse dicturum. Respondeat Phadros Socrati interrogāti. An non rhetorica oīno ars erit alliciens aīam per sermones, non in iudicijs modō ceterisq; publicis cōtibus, verū etiam in privatis congressibus eadem de magnis quibusq; rebus & parvis? Nihil. n. honorabilius in magnis, quā in exiguis ex rectā artis ratione se gerere. Nunquid tu haec audisti? PH A E D. Non ita prorsus per Iouem. Verū circa iudicia p̄cipuē ars ista dicitur, scribiturq; necnō circa conciones, ultra verō eam porrigi non audiui. S O C. Nunquid artem dicendi qua Nestor & Vlysses apud Alium vsi sunt, audisti? eam verō qua Palamedes, au-

disti nunquam? PH. Et per Iouem Nestoris orationes audiui: nisi forte Gorgiam, Nestorem fingis esse, aut Thrasymachum Theodorumq; Vlyssēm. S O C. Forsan, sed hos mittamus. Tu verō responde. Quid in iudicijs adversarij faciunt? Nōnne cōtraducunt? An quid aliud dicimus? PH. Hoc ipsum. S O C. Non de iusto atq; iniusto? PH. Ita. S O C. Nōnne qui arte id agit, efficit, ut idē eisdem tum iustum, tum iniustum appareat? PH. Quid prohibet? S O C. Et in concione, ut eadem civitati modo bona, modo contraria videātur? PH. Certē. S O C. Enimvero Eleatem Palamedem artificio suo efficere solitum accepimus, ut eadem audientibus similia & dissimilia, unum & multa, manentia & fluentia viderentur. PH. Maxime. S O C. Facultas ergō contradicitoria, non in iudicijs solum & concionibus, verum etiam in oībus, ut apparet, quae dicuntur, quandoquidem una quaedam ars est, versatur: qua quis poterit oīa oībus, & quae possunt, & quibus possunt, similia fingere, & alio similia ista occulte in lucem educere. PH. Quōnam pacto id ais? S O C. Hoc equidem. Nū deceptio in his quae multum, an q̄ parum differunt, accidit? PH. In his q̄ parū. S O C. Atqui si paulatim transieris, latebis magis dum ad contrarium venias, quā si subitō transilieris? PH. Quidni? S O C. Oportet igitur eū quicūq; decepturus sit, alium ipse minimē decipiendus, similitudinē & dissimilitudinem rerum exquisitē discernere. PH. Necessarium est. S O C. Nunquid igitur singulorū veritatis inscius poterit eum quod ignorat similitudinem in uniuersis parvā aut magnā dyiudicare? PH. Impossibile id quidē. S O C. Ergo illos qui per rerū naturam opinantur falsiq; sunt, constet propter similitudines aliquas sic esse affēctos. PH. Sic accidit. S O C. Nū igitur poterit quisquā si rē quamcūq; ignoraverit, artificiose aliquem sensimq; a verō in contrariū per similitudines aliquas sigillatim traducere? aut errore hunc in seipso vitare? PH. Nunquam. S O C. Quamobrem, o amice, quicūq; veritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoq; facultatem, ut videtur, inertē exhibet atq; ridiculā. PH. Ita videtur. S O C. An vis in oratione Lysiae, quam in manibus habes, & in nostra disputatione videre, ubi artificiosē, & ubi sine arte agitur? PH. Maxime oīum. Nude. n. in presentia loquimur, cum exemplis perspicuis careamus. S O C. At enim fortuna quadam rōnes dicta sunt, ut videtur, exēplo monstrantes, compositē veritatis virum dum verbis iocatur, trahere auditores. Atq; ego, o Phadre, locales deos huius rei causas arbitror. Fortē etiam Musarū interpretes super capita nostra cantores munus hoc nobis inspiraverunt. Ego. n. dicendi artem habeo nullam. PH. Esto ut ais. Solum quod dicit ostende. S O C. Age itaq; prooemium orationem Lysiae lege. PH. Mearum quidem rerum status sic, ut intellexisti, se habet: itaq; cum ita sit, quemadmodū nobis conducere putē, audisti. Arbitror equidem me non minus ob id abs te siquid petiero cōsecuturum, quod amore tui captus minimē sum. Nam amatores cum primū amare desierint, collati beneficij poenitent. S O C. Desine. In quo iste delinquat, & quid sine arte faciat, dicendū. Nōnne? PH. Profec̄to. S O C. An nō constat cuiq; quod in alijs, dū loquimur, idē sentimus oēs, in alijs verō nō idem? PH A E D. Quamvis quod ais intelligere videor, planius tamen ut dicas cupio.

Deceptio in ijs q̄ parum differunt.

Decepturus alium quid nosse debeat

Cōcluditur oratoriā sine veritate esse deridendum.

Præstat ridiculum amicū esse quā gravem & inimicum.

Arts recte dicendi non absq; veritate.

Circa quae versetur ratio dicendi.

SOC. Quando quis ferri nomen, vel argenti pronunciat, idem oēs protinus intelligimus. PHAED. Prorsus. SOC. Quid cū iusti, vel boni nomen? nōne alius aliō fertur? atq; cū alijs, & nobiscum ipsi ambigimus? PHAED. Magnopere. SOC. In alijs ergō consentimus, in alijs dissentimus. PHAED. Sic est. SOC. Vbinam facilius falli possumus? & in quibus horum rhetorica plurimum valet? PHAED. Patet, in quibus ambigimus. SOC. Oportet igitur eum qui rhetoricam sit affecturus, primū hac ordine discreuisse, & q̄ utriusq; speciei figura sint percipisse, & ubi maxime falli ambiguitate multitudo potest, ubi non potest. PHAED. Praeclarā quandam, o Socrates, agnosceret speciem, qui cogitatione id caperet. SOC. Deinde oportere arbitror, eū nihil latere, cū ad singula venerit, sed acutē persentire, id de quo dicitur sit, utrius sit generis. PHAED. Cur non? SOC. Quid porro amorē? Vtrum ambigui generis, an alterius esse dicemus? PH. Ambigui prorsus. SOC. An putas eū tibi illa de se dicere concessurum, q̄ supra dicebas? quod videlicet amato simul atq; amanti perniciosus est, ac rursus quod oīum maximum est bonorum? PHAED. Scitē loqueris. SOC. Sed id quoq; dicas, ego. n. propter diuinam illam occupationē non admodum memini, nū amorem in disputationis principio definierim. PHAED. Per Iouē mirificē. SOC. O quā solertiores Acheloi nymphas, & Pana Mercurij filiū Lysia Cephalī filio ad orationes cōponēdas esse demonstras. An verō nihil dico? sed Lysias quoq; in amatorij sermonis exordio cōegit nos intelligere Amorē, certū aliquid esse quod ipse volebat, atq; ad id sequētia referens orationem oēm peregit? Vtne principū rursus legamus? PH. Ut lubet, quāuis ibi quod queris, minime sit. SOC. Lege, ut illum ipm audiam. PHAED. Mearum quidē rerū status, sicut intellexisti, se habet: atq; cū ita sit, quē admodū nobis conducere putē, audisti. Arbitror equidē non minus ob id abs te siquid petiero consecuturum, quod amore tui captus minime sum. Nam amatores cū primū amare desierint, collati beneficij pœnitent. SOC. Permultum abesse videtur, ut quod q̄rimus, faciat. siquidē non à principio, sed à sine modo quodam conuerso, & resupino sermonem transigere nititur, incipitq; ab illis, quae amator extincto amore adolescentibus objicit. An forte nihil dixi, o Phædre mi lepidum caput? PHAED. Finis est profecto, o Socrates, de quo sermonē habet. SOC. Quid alia? nōne sparsim distincta oīa videntur? An censes quod secundo loco positum est, necessitate quadam ita esse subiunctum? aut aliquid aliud ab illo dīctorum? Nam mihi qui lem ut potē oīum ignaro, videtur non ingenerosē quicquid incidit à scriptore dictum fuisse. Tu verō necessitatem scribendi aliquam habes, per quam ille sic ea inuicem deinceps disposuit? PHAED. Optimus es, o Socrates, siquidē me putas scripta adeo subtiliter posse dijudicare. SOC. Sed hoc arbitror te dīcturum, oportere orationem oēm tanquam animal quoddam constitui, ut suū quoddam habeat corpus, quo l. neq; sine capite sit, neq; pedibus careat, sed habeat media atq; extrema sibi inuicem & toti conuenientia. PHAED. Quidni? SOC. Cōsidera quaso, Vtrum amici tui oratio sic se an aliter habeat. Reperies eam nihilō ab eo epigramate discrepare, quod Midæ Phrygio inscriptum nonnulli fuisse tradunt. PHAED. Quid istud, & quale? SOC. Audi.

Aenea uirgo, Midæ regis sum imposita sepulchro, Dumq; fluunt fontes, arbos dum cella uirefcit, Aeternum durans lugubre insisto monumentum, Atque Midam uiatori narro hic esse sepultum.

Quod verō nihil interest quamlibet eius partem ut primam, vel ut ultimā ponere, ut arbitror, tu ipse vides. PHAED. Orationem nostrā mordes, o Socrates. SOC. Hāc ergō, ne nobis succenseas, dimittamus, quāuis in ea multa reperiri posse exempla videantur, quibus inspectis utilitas nobis ex hoc prouentura sit, ne talia imitemur. Verū ad orationes alias descendamus: habebant illae quidem nōnihil, ut arbitror, quod à viris dicendi studiosis sit obseruandū. PH. Quid illud? SOC. Erant utiq; contrariae. altera siquidē amanti, altera non amanti inhaerendum asseuerabat. PH. At strenuē quidem. SOC. Quod verius est, ut responsurū putarā, videlicet ac furiose quidē. Caterū quod q̄rebam id ipm est. Furorē quendam Amorē vocauimus. an nō? PHAED. Certē. SOC. Furoris autē duas species ponimus. Alteram ab humanis morbis. Alterā ex alienatione diuina, qua extrā cōsuetam vitæ constitutionem quis rapitur. PH. Oīno. SOC. Diuina autē partes quattuor, ut etiā dij sunt quattuor. Et vaticinij quidem inspirationē Apollini, mysteria Dionysio, poētica Musis, amatorij furorē Veneri & Amori oīum optimum tribuimus. Ac nescio quo modo, dū amoris affectum per imagines quasdam effingeremus, veritatem forte aliquam attigimus, forte et alio transgressi sumus. Ideoq; miscentes orationem non penitus improbabilem, fabulosum quendam hymnum composuimus, & quasi ludentes meum ac tuum, o Phædre, dominum Amorem pulchrorū p̄sidem puerorum, modeste laudamus. PHAED. Hæc mihi auditu non iniucunda. SOC. Hoc itaq; inde accipiamus, quo pacto à vituperatione ad laudes disputatio pertransiit. PHAED. Quoniam modo id ais? SOC. Mihi quidem videtur cetera reuera lussisse. At siquis duarum specierū in quas modo fortuna incidimus, vim arte comprehenderit, opus non ingratum fuerit consecutus. PHAED. Quas species dicis? SOC. Vt in vnā ideam conspiciens passim dispersa cōducatur: quo singula d. finiens, manifestum reddat semper id de quo agitur. Quemadmodum nos in presentia quid Amor sit definiuimus, siue benē siue malē id factum sit. Certē hinc disputatio nostra claritatem in se habuit, constantemq; si bipsi concordiam. PHAED. Alteram verō speciem quā dicis, o Socrates? SOC. Ut rursus secundum speciem articulatim pro rerum natura incidat, neque imperiti cogitatu vlla membra confringat, sed perindē faciat, ut superiores sermones fecerunt, qui cōcitationem mentū vnā cōmunem speciem acceperunt. Quemadmodum verō in vno corpore membra gemina eodem nomine nūcupantur, dextrum vnum, sinistrum alterum, sic & cōcitationis speciem in nobis natura vnā sermones illi existimauerunt. Et prior ille quidem partem sinistram diuidens, ac rursus hanc partem non prius destitit, quā ibi sinistrum quendam reperiret amorem, inuentumq; ut par est, improbaret. Sequens alter in dextram furoris partē nos duxit, ubi Amorem nomine priori similem, sed diuinum inueniens & amplificans laudauit tanquam bonorum nobis causam maximorum. PHAED. Verisimilē loqueris. SOC. Huiusmodi ego diuisiones collectionē sequē.

Qui diuide
re pot pro
reru natu
ra, is diale
cticus est. i.
metaphysi
cibus.

dem ou
omn stru
muh

2090. ad
da 20.

De vi dicē
di & tpe.

o Phadre, amo, quod intelligendi, et loquendi sim copos.
 Ac si quem alium unum & multa pro rerum natura
 perspicere posse arbitror, eius ego vestigia velut numinis
 cuiusdam sequor. Atq; eos qui id facere possunt, recte ne
 an contra cognominē, deus ipse nouit. Voco autē hactenus
 dialecticos. Nūc verō dic obsecro, quō nomine tua Lysiāq;
 sūa nūcupari oporteat. An hac dicēdi ars est, qua Thra
 symachus, alijq; vsi, sapientes & ipsi in dicendo fue
 runt, ceterosq; reddiderūt tales, quicunq; illis tanquam
 regibus offerre munera uolunt? PHAE D. Regij quidē illi
 Viri, non tamen earū rerum periti, de quibus interrogas.
 Sed hūc speciem rectē sanē dialecticam appellare uideris,
 rhetorica uerō adhuc nos fugit. SOC. Quo istud aū? Pul
 chrumne aliquid erit, quod ab ijs alienū, arte tamen per
 cipiatur? Haudquaquam spernendum id tibi mihiq; est,
 sed dicendum quid sit reliquū in rhetorica. PHAE D. Per
 multa, o Socrates, in libris de arte dicendi compositis tra
 dita. SOC. Opportune cōmemorasti. Prooemium arbitror
 primam orationis partem esse uocandam. Talia quaedam
 egregia illa ornamenta artis appellas? PHAE D. Sanē.
 SOC. Sequitur secūdo loco narratio, testimoniorumq; af
 fertio. Tertio cōiectura. Quarto uerisimilia. Probationē
 quoq; & approbationē, ut arbitror, optimis orationum
 faber Byzantius vir induxit. PHAE D. Eximium dicis
 Theodorū? SOC. Equidem. Hic ē inuenit quo pacto in
 accusatione & defensione fieri, & geminari redargutio
 possit. Egregium uirum autē Euenum Parium cur in me
 dium non adducimus? qui subdeclarationes primus inue
 nit, collaudationes praeterea. nec desunt qui dicant uiru
 perationes hūcō quasdam carminibus memoria gratia il
 lū inserere. Vir n. sapiens est. Lysiā uerō Gorgiamq; ua
 lere sinemus, qui uerisimilia ueris anteposuerunt, ac vi
 orationis efficiūt, ut parua esse magna, & magna vi
 cissim parua, uetera itē noua, & nouissima uetera ui
 deantur. Breuitatē quoq; loquendi consciam, rursusq; in
 finitam uerborum prolixitatem adinuenerunt. Quae cū
 olim ex me audiret Prodicus, risit, seq; solum inuenisse
 asseruit, quibus uerbis ars illa indigeat. Egere autē neq;
 paucis neq; multis, sed mediocribus. PHAE D. Sapientissi
 me respōdisti Prodice. SOC. Hippium uerō nequaquam
 cōmemoramus. Arbitror enim cū ipso Eliensem quoq; ho
 spitē consentire. PHAE D. Cur non? SOC. Quid porro de
 musica Poli cōcinnitate dicemus? Qui geminationem uer
 borū, insignes sententias, comparationes, similitudinesq;
 inuexit, nominumq; usum ad orationis splendore, prout
 à Licymnionē didicit. PHAE D. Protagora autē scripta nō
 ne talia quaedam erant, o Socrates? SOC. Recta sanē ac
 propria, o puer, Protagora elocutio, & multa in stylo
 praecleara. In cōmiserationibus autē à senectute & pau
 pertate commouendū Chalcedonius orator excelluit, in
 ira itē concitanda & sedanda potens, quasi incātatio
 ne, ut inquit, mulceret, in cōficiendis soluendiq; calūnijs
 unde opus fuerit, summus. De fine autē orationis omnes
 conuenire uidentur, sed hunc alij repetitionem, alij aliter
 nominant. PHAE D. Finem dicis summam. Supradicta
 oīa in orationis calce in memoriam auditoribus reuocare.
 SOC. Haec inquam, & siquid tu aliud habes quod de ac
 arte dicas. PHAE D. Exigua quidem habeo, neq; memo
 ratu digna. SOC. Mittamus exigua, sed haec in lucem
 potius educamus, ut quam, & quando artis vim ha

beant uiderē possimus. PHAE D. Et maximam quidē,
 o Socrates, in hominum cœtibus potentiam habent. SOC.
 Habent profectō. Sed, o beate, tu etiam uide, utrū tibi
 horū uestis, quemadmodum mihi, rara dissutaq; ui
 deatur. PHAE D. Ostende modo. SOC. Dic age. Si quis
 amico tuo Eryximacho, uel patri eius Acumeno dicat in
 hunc modū: Ego quidem illa scio corpori aduocare, qui
 bus & calefcāt pro arbitrio meo, & frigeat, uomitum
 quoq; rursusq; detractionem, & expurgationes alias pro
 uocare, ceteraq; huiusmodi multa teneo, quibus cognitis,
 & medicum me esse profiteor, & alium quemlibet me
 dicum me facere posse: quid illos responsuros existimas?
 PHAE D. Quidnam aliud quam percotatos, nunquid
 etiā sciat quibus, quando, quousq; singula horum sint ad
 hibenda? SOC. Ergo si dicat nullo modo se id intelligere,
 sed oportere eum qui ab ipso didicerit, talia quaedā facere
 posse, quid respondebunt? PHAE D. Certē huiusmodi ho
 minem insanire, qui cū ex aliquo medicorum libro au
 diuerit quandoque aliquid, & in medelas nonnullas in
 ciderit, neque quicquā artis intelligat, medicum euasisse
 se putat. SOC. Quid uerō si ad Sophoclem, & Euripidē
 diceret quis, scire se parua de re prolixam orationē habe
 re, & contra de magna breuissimam, & quoties uelit
 misericordiam mouere, atque eius contrariū, horrorem,
 & minas incutere, ceteraq; similia, atque his docendīs
 tragicā poesim se docere putaret? PHAE D. Et hi, o Socra
 tes, ut opinor, illū riderent, qui tragicā aliquid quic
 quam putaret esse, quā horum cōpositionem, & parti
 bus inuicem, & toti conuenientem. SOC. Non tamen ru
 scice, ut arbitror, increparent, sed facerent perinde ac
 musicus aliquis offendens hominem, credentem se musicū
 esse ex eo quod sciat quo pacto fides tum grauisima red
 dantur, tum acutissima. hic enim non acerbe quidem di
 ceret, o miser insanis: sed ut potē musicus, sic mitius ad
 moneret, o uir optime, necesse est omnino hac illum te
 nere qui futurus sit musicus. Nihil autem prohibet eum,
 qui sic affectus est ut tu, de harmonia nihil penitus intel
 ligere. nepe quae ante harmoniam necessaria sunt agno
 scis, harmoniam prorsus ignoras. PHAE D. Rectissime.
 SOC. Sic & Sophocles illum sibi obuium, quae tragicā
 antecedunt potius quā tragicā habere diceret: &
 Acumenus medicus medicinae praecedentia, nō medicinā.
 PHAE D. Ita prorsus. SOC. Quid uerō? si mellissus
 Adrastus, aut Pericles audirent, quae nunc ipsi refereba
 mus egregia uerborū artificia, breuiloquia similitudines,
 et reliqua illa q; in lucē producta cōsiderāda iudicabamus,
 nunquid cōsemus illos quemadmodū nos praerusticitate affer
 rime illis succensuros qui talia scripserint docuerintq;, tā
 quam rhetoricam facultatem? An potius ut potē nobis sa
 pientiores, nos ita increpaturos? O Phadre atq; Socrates,
 non succensendum est, sed ignoscendum, siqui differendi
 ignaui definire quid rhetorica sit non possint: atque ita af
 fecti, dum artem antecedentia possident rudimenta, rhe
 toricam inuenisse se iactent, & ea docentes oratoriam ar
 tem absolutam tradere profiteantur. Singula uerō isto
 rum ad persuasionem disponere, totamq; orationem conte
 xere, quasi in hīs praepatore opus non sit, oportere disci
 pulos suos propria industria comparare. PHAE D. Ta
 lis profectō, o Socrates, ars illa uidetur esse, quā isti
 tanquam rhetoricam docent, & scribunt. Hac mihi ui
 deris

qui diuide
re pot pro
reru natu
ra, is diale
cticus est. i.
metaphysi
cibus.

2090. ad
da 20.

De vi dicē
di & tpe.

Tua ufe & ginnire
Naturam, doctri nam
Exritioem.

deris vera dixisse. Verum oratoris persuasorisq; veri artem quonam pacto, & unde nobis uendicare poterimus? s o c. Consentaneum est, o Phadre, forte etiam necessarium, quemadmodum in ceteris, ita & in hoc certamine peragendo perfectum esse. Quippe si tibi natura ut sis orator tribuerit, accedente doctrina & exercitatione excellens eris orator. Si quid vero tibi horum de fuerit, ma-
 cius eris. Quanta vero ars huiusmodi sit, non ea uia qua Gorgias, & Thrasymachus secuti sunt, sed alia potius constare videtur. PHAED. Quonam maxime? s o c. Videtur, o vir optime, non iniuria Pericles oratorum omnium perfectissimus extitisse. PHAED. Cur? s o c. Magna qualibet artes exercitatione dialectica, contemplationeq; sublimis in natura rerum indigent. Ipsa enim mentis sublimitas, & uis efficax in qua uis re perficienda, hinc quadammodo proficisci videntur: quod Pericles ad ingenij acumen aduixit. Anaxagora namq; huiusmodi rerum indagatoris familiaritate fretus, contemplationi se tradidit, mentisq; & dementia naturam illam comprehendit, de qua Anaxagoras diffuse disseruit. unde ad dicendi artem quod ipsi conducere videbatur, traduxit. PHAED. Quomodo id aut? s o c. Medendi artis atq; dicendi eadem ferme ratio est. PHAED. Quonam pacto? s o c. In utrisq; partiri naturam oportet, corporis quidem in una, in altera anima: si modo non exercitatione solum & usu, Verum etiam arte corpori medicinas, & alimenta ita sibi sibi biturus, ut & sanum et robustum efficias animam autem per rationes legitimasq; institutiones persuasionem affuturam virtutemq; adhibiturus. PHAED. Ita uerisimile est, o Socrates. s o c. Anima uero naturam absq; totius naturae sufficienter cognosci posse existimas? PHAED. Si Hippocrati Aesculapij successori credendum est, neque etiam corporis naturam sine doctrina huiusmodi comprehendere posse putabimus. s o c. Scite loquitur, o amice. Oportet autem prater Hippocratem considerare utrum disputationis nobis ratio consonet. PHAED. Assentior. s o c. De natura igitur perseruatione quid Hippocrates, & uera ratio dicat, attende. An non ita cuiusq; natura cogitanda est? Primo quidem utrum simplex illud sit, an multiplex, de quo & ipsi habere artem, & alijs dare posse desideramus. deinde si est simplex, inuestigandum: quam, & ad quid agendo: rursusq; quam, & a quo patiendo natura vim habeat. Quod si species habet multas, his dinumeratis in singulis similiter ac in uno naturalis & agendi & patiendi uis inquirenda. PHAED. Sic apparet, o Socrates. s o c. Sine his uero progressio tanquam caeci iter esse videtur. Non tamen caeco uel surdo, qui arte tractat aliquid, est comparandus. Sed patet quod quisquis arte alicui sermones accommodat, naturam substantia illius exquisite monstrabit cui sermones adhibet, id autem est anima. PHAED. Absq; dubio. s o c. Nonne ad id studium illius omne contendit, ut huic penitus persuadeat? PHAED. Prorsus? s o c. Constat igitur quod Thrasymachus & quicumq; alius tradenda incumbit rhetorica, primo quidem summa diligentia describere declarareq; debet, utrum anima naturaliter unum, & quiddam simile sit, an secundum formam corporis multiplex. hoc enim esse dicimus naturam ostendere. PHAED. Omnino. s o c. Secundo quid facere cuique, quidue a quoque pati queat, ostendere. PHAED. Certè. s o c. Tertio di-

Quando excellēs orator.

Magna artes exercitacione dialectica, & contemplacione indigent. Pericles Anaxagora auditor.

Vtrū oportet pter auctoris suam & rationem querere. De naturae ratione.

Pericles

stinctis sermonum animaeq; generibus atq; affectibus easas omnes percurrere, singula singulis accommodans, docensq; qualis anima, qualibus sermonibus, quamue ob causam necessario haec quidem mouetur, illa uero nequaquam. PHAED. Praeclarissimum, ut videtur. hoc esset. s o c. Neq; igitur hoc, o amice, neq; aliud quicquam, si aliter tractetur, artificiose unquam tractabitur. Nostrum uero in hac artes scriptores, quos ipse audisti, callidi sunt, & anima naturam pulcherrime cognoscentes nos celant. Nos uero prius quam hoc modo loquantur, & scribant, nunquam ex arte eos scribere confitebitur. PHAED. Quod dicit modum? s o c. Verba quidem ipsa non facile dixerim. Quo autem modo scribere oporteat, si arte scripturi sumus, quo ad fieri potest exponam. PHAED. Dic obsecro. s o c. Postquam dicendi facultas quadam animi tractio & oblectatio est, futurum oratorem necesse est quot species animus habet cognoscere. haec uero tot talesq; sunt, unde tales alij, alij tales efficiuntur. His ita distinctis sermonum quoque tot talesque sunt species. Tales igitur animi, talibus quibusdam sermonibus certa quadam de causa ad talia quadam facile persuadentur: aliter uero affecti aliquam ob causam, minime. Oportet itaque eum qui haec satis perpexerit, postea in ipsis negocijs animaduersa deprehensaq; momento posse signare, & sensu consequi: alioquin nondum quicquam plus quam uerba sibi quondam a doctoribus tradita habet. At cum sufficienter potest dicere, quis quibus sermonibus capiatur, presentemq; hominem acute persentit eo ingenio pradiu esse, de quo antea fuerit disputatum, sicq; ipsum esse talibus sermonibus ad talia compellendum: ita ita instruitur tunc demum perfecte artem hanc erit consecutus, cum ad superiora haec adiunxerit, ut opportunitatem loquendi accendat, calleat, & usum abusuque breuiloquij, & miserationis, & uehementiae acrioris, amplificationisq; ceterarumq; partium orationis a praceptoribus traditarum retè cognoscat, antea uero nequaquam. Eum uero qui horum quocumq; caruerit dicendo, aut docendo, aut scribendo, dixeritq; ex arte uerba se facere, qui non persuadetur, exasperat. Ceterum scriptor ita forsitan nos compellabit. O Phadre atq; Socrates, ita ane prorsus an aliter dicendi artem capessendam esse censetis? PHAED. Impossibile est, o Socrates, aliter, quantum non paruum id opus appareat. s o c. Vera loquens, atque horum causa oportet omnibus sursum deorsumq; sermonibus reuolutis perquirere nunquid uia ad illam uia faciliore breuiorq; occurrat, ne temere per longam & asperam pererremus, cum liceat per breuem & planam incedere. Quare si quam tu opem afferre potes per ea quae a Lysia, uel aliquo alio accepisti, reuoca in memoriam, & expone. PHAED. Experiundi causam possem quidem, non tamen ad praesens. s o c. Vtne ego tibi & sermonem recenscam quem aliquando de huiusmodi rebus audiui? PHAED. Quidni? s o c. Igitur quod uulgò dici solet, dicendum est, etiam si lupus sit eius quod dicimus auctor. PHAED. Ac tu ita facis. s o c. Auunt itaq; nihil opus esse haec adeo tollere. neq; ab alio nimisq; procul disputationem repetere. Quippe sicut disputationis principio diximus, oratorem futurum non oportere ueritatem nosse de iustis, & bonis, siue rebus, siue hominibus, natura, uel educatione talibus. Nam in iudicijs nulli prorsus horum ueritatem unquam, sed

Quo modo arte dant.

Prorsus

sed persuasionem, curae esse solere. Id autem esse verisimile, ad quod mentem intendere debeat, qui sit arte dicturus. Neg. facta dicenda esse aliquando, nisi probabile sit facta fuisse, sed tam in accusatione quam defensione semper verisimilia inducenda: & omnino dicentem, verisimile quidem persequi, verum autem negligere. hoc. n. si in omni oratione seruetur, perfectam artem oratoriam exhiberi. PH A E D. Ea narraſti, o Socrates, qua dicunt qui artem rhetoricam profitentur. Memini. n. id nos in superioribus breviter attingiſſe. Videtur autem hoc magnū quiddam esse his qui in hac arte versantur. Sed & Tisiam ipsum graviter peſſundediſti. S O C. Dicat ergo id quoque nobis Tisias, nunquid aliud probabile, & verisimile nuncupet, quam quod vulgò videtur. PH A E D. Quidnam aliud? S O C. Hoc praeterea scitum, & artificiosum invenisse & scripsiſſe videtur, quòd si quis imbecillus & audax cum robustum quendam timidumque verberibus casum spoliaverit, in iudicium deducatur, neutrum horum verum consisteri oportet: sed timidum quidem dicere non à solo audace illo esse se casum: audacem vero hoc refellere, solos suos se monstratorem, atque ad tale quiddam confugere. Quoniam pacto imbecillus cum sim, robustum hunc inuasiſſem? Ille autem timiditatem suam non dicet, sed falsum aliquid excogitans forte adversarium arguet. Atq; in alijs etiā talia quadam sunt qua arte dicuntur. An non sic est, o Phaedre? PH A E D. Ita prorsus. S O C. O quam callide abstrusam artem adinvenisse videtur Tisias, vel quicumque alius fuerit, vel quocumque alio cognomine delectetur. Sed nunquid hoc, o amice, dicemus, an non? PH A E. Quid istud? S O C. O Tisia iam pridem antequam accederes affirmabamus probabile istud, & verisimile vulgò non aliter quam per veritatis similitudinem fieri. Similitudines autem veritatis ab eo qui veritatem novit, aptissime ubique reperiri posse asserabamus. Quapropter si aliud quicquam de hac arte dixeris, ascultabimur quidem: sin minus, his qua paulo ante diximus, fidem praestabimus, quòd videlicet nisi auditorum quis ingenia noverit distinxeritque, atque res ipsas in species suas discreverit, rursusque singula idea una comprehendit, nunquam dicendi artem quoad hominem licet, adipiscetur. Hoc autem sine longo studio assequetur nunquam. In quo non ideo insudabit vir prudens, ut dicere & agere ad homines possit, sed ut ea potius & loqui & facere quae diis grata sint valeat. Viri enim nobis sapientiores, o Tisia, virum mentis compotem aiunt non id meditari debere, ut conseruis suis, nisi prout contingerit, obsequatur, sed ut dominis bonis atque ex bonis obtemperet. Quamobrem si longior sit circuitus, ne mireris. Non enim ut ipse putas, sed magnarum rerum gratia circumveandū. Erunt autem, ut ratio dicitur, si quis voluerit, haec pulcherrime ex illis effecta. PH A E D. Per pulchre admodum dicit hoc videtur, o Socrates, modò aliquis assequi possit. S O C. At praclarū est, ad praclara semper anniti, et quicquid contigerit tolerare. PH A E D. Valde. S O C. De arte haec tenus, & inscitia orationis sit dictū. PH A E D. Satis profecto. S O C. Reliquū est ut scribendo quid deceat, quid deceat dicamus. PH A E D. Plane. S O C. Scisne quo pacto maxime de sermonibus dicendo vel agendo deo placere potes? PH A E D. Minime. Tu vero. S O C. Audiui equidem nonnulla à veteribus tradita: verum autem ipsi intelligunt. Id vero si nos inveniremus, nunquid humanarum deinceps nobis

opinationum cura nulla futura sit? PH A E D. Ridicula sane interrogatio, sed qua audisse dicis recense. S O C. Audiui equidem circa Naucratis Aegypti praeceptorum quendam fuisse deorum, cui dicata sit avis quam ibidem vocant, demoni autem ipsi nomen Theuth. hunc primum omnium numerum, & numeri computationem invenisse, geometriamque, & astronomiam, talorum rursus alearumque ludos, & literas. Erat tunc totius Aegypti rex Thamus, & in eminentissima amplissimaque civitate, quas Graeci Aegyptius Thebas appellant, deumque ipsum Ammonem vocant. Ad hunc Theuth profectus, artes demonstravit suas, dixitque eas distribui deinceps Aegyptijs ceteris oportere. Verum ille qua cuiusque utilitas foret, interrogavit: & ipso referente, quod bene dictum videbatur, probabat quidem: quod contra, vituperabat. Vbi multa de qua libet arte in utramque partem Thamus fertur Theuthi ostendisse, quorum singula si enarrare pergamus, prolixior erit oratio. Cū vero ad literas descendissent, disciplina haec, inquit Theuth, o rex, sapientiores & memoria propterea Aegyptios faciet. Memoria namque & sapientia remedium, id est inuictum. At ille, o artificiosissime Theuth, inquit, alius quidem ad artis opera fabricanda idoneus est, alius ad iudicandum promptior quid emolumenti damniue sint veteribus allatura. Atqui et tu literarum pater propter benevolentiam contrarium quam efficere valeant affirmasti. Nam illarum usus propter recordationis negligentiam oblivionem in animo discipulorum pariet: quippe qui externis literarum confisi monumentis, res ipsas in tuo animo non reuolvent. Quamobrem non memoria, sed meditationis remedium invenisti. Sapientia quoque opinionem potius quam veritatem discipulis tradis. Nam cum multa absque praecceptoris doctrina perlegerint, multarum rerum periti vulgò cum ignari sint, videbuntur. Consuetudine quoque molestiores erunt, ut potest qui non sapientia ipsa sint praediti, sed opinione sapientiae subornati. PH A E D. Facile tu, o Socrates. Aegyptios, & alios cuiusvis gentis sermones facis. S O C. At, o amice, qui in Iouis Dodonaei templo versantur, ex quercu sermones primos fatidicos erupisse asserunt. Priscis itaque illis, ut potest qui non ita ut vos recitiores, sapientes erant, satis erat ob eorum inscitiam petras & quercus audire, modo vera promerent. Tu forsitan interesse censes, quisnam cuiusque sit, qui dixerit. Non enim id solum consideras, verum an falsa dicantur. PH A E D. Recte admodum increpuiſti, ac mihi videtur ita in literis euenire, ut Thebanus ait. S O C. Igitur quicumque se putant sic artem aut mandare literis, aut mandata suscipere, ut certum quiddam & firmum ex literis sit futurum, admodum ineptus est, ac reuera Ammonis vaticinium prorsus ignorat, cum plus aliquid in scriptis esse credat, praeter id quod scienti res ipsas qua in literis significatur, commemorant. PH A E D. Rectissime. S O C. Graue id habet, o Phaedre, scriptura, & pictura reuera persimile. Pictura namque opera tanquam viventia exant: siquid verum rogaueris, verecunde admodum silent. Non aliter sermones putabis fortasse quasi aliquid ipsos intelligentes dicere. Verum si sciendi aures ab his ditorum aliquid sciscitaberis, idem in his semper, & unum significatur: omnisque sermo cum semel scriptus est, passim reuoluitur aequè apud intelligentes, atque alios, inter quos minimè decet, nescire dicere quibus

Ma 180

De scribendi decore.

bus oportet, & quibus non oportet. Iniuria vero immeri-
to contumeliaque affectus patris semper eget praesidio. Ipse
enim neque aduersario repugnare, neque opem ferre sibi ipse
potest. PHAED. Haec quoque recte abs te dicta uidentur.
SOC. Quid porro? Alium uideamus sermonem huius fra-
trem, quemadmodum legitimus sit, & quanto melior at-
que potentior quam is nascatur? PHAED. Quem istum?
& quomodo fieri dicis? SOC. Eum, inquam, qui in ani-
mo discens cum scientia scribitur, quia sibi ipsi auxiliari
potest, intelligitque apud quos loquendum sit, apud quos ta-
cendum. PHAED. Scientis sermonem dicis uiuentem, et
animatum, cuius oratio scripta simulacrum quoddam non
iniuria nuncupabitur. SOC. Omnino. sed hoc quoque mihi
dicas. Mentis compos agricola nunquid charissima sibi se-
mina, quorum fructus expectat, astate in Adonidis hor-
tis summo studio & diligentia sparget, ut octo diebus
speciosos inde flores aspiciat? An potius si quando id egerit,
festi cuiusdam diei ludique gratia faciet? At ubi serio a-
gens agriculturam studium adhibuerit, seret quidem ubi
diuenerit, & satis se consecutum putabit, si octo mensium
teruallo satio sua ad fruges peruenerit? PHAED. Ita pro-
fus, o Socrates, illa quidem ioco, ut ais haec aut serio faciet.
SOC. Hominem uero iustorum, honestorum, bonorumque, scien-
tiam possidentem agricola imperitiosam ad semina sua
spargenda putabimus? PHAED. Minime omnium. SOC.
Non igitur in aqua nigra studiose ipsa calamo cum sermoni-
bus seminabit, cum succurrere illis periclitantibus nequeat,
nequeat et ex ipsis ueritate sufficiens ostendere. PHAED.
Certe id non est consentaneum. SOC. Non sane. Cate-
rum hortos quidem literarum, ut ludi causa, ut uidetur,
seret atque describet, & postquam scripserit tanquam mo-
nimenta thesaurosque ad senectutis futurae obliuionem, tam
sibi, quam cateris uestigiorum eorundem sectatoribus,
latabitur utique natos iam tenellos suos fructus inspiciens,
caterisque hominibus ludos alios sequentibus, & conuiuia
horumque similia celebrantibus, ipse interim his omnis in
sermonum oblectamentis uita ducet. PHAED. Praeclaris-
simum praeter aliorum uilissimo narras, o Socrates, eius lu-
dum, qui potest in sermonibus ludere, ac de iustitia, &
alijs quae tu dicis, confabulari. SOC. Est ita profecto,
amice Phaedre. sed multo mea sententia in his praeclearius
studium, quando quis arte dialectica utens animam na-
talis idoneam sermones cum scientia plantat, & seminat,
qui & sibi ipsis, & satori suo afferre opem possunt fru-
ctusque producant, & semina reddunt. Unde alij in mori-
bus alijs nati id semper munus immortale seruare possunt,
atque eum qui haec habet, beatissimum quoad hominem licet,
efficiunt. PHAED. Multo id quoque praeclearius. SOC. Nunc
iam illa, o Phaedre, his concessis discernere possumus.
PHAED. Quae nam? SOC. Ea uidelicet quorum cognoscen-
dorum gratia hucusque descendimus, ut uituperationem
Lysiae discuteremus in scribendi arte, sermonesque ipsos,
qui uel arte, uel sine arte scribuntur: artificiosum quidem,
& artis expertus, satis iam declarasse uidemur. PHAED.
Sic apparet. SOC. Meminisse rursus oportet non prius
posse aliquem dicendi artem ad summum callere ad per-
suadendum atque potendum, ut ratio superior nobis
ostendit, quam ueritatem earum rerum quas dicit aut
scribit cognouerit, uniuersamque rem definire, & defi-
nitione posita rursus secundum species usque ad indivi-

dua diuidere ueritatem, atque hac ratione animam contem-
platus & quid cuique ingenio congruum est aucupatus, ita
maxime disponat exornetque sermonem, uariae quidem ani-
mae uarios, & harmonia multiplices, simplici uero sim-
plices sermones accommodans. PHAED. Sic profus
apparuit. SOC. Quid autem de illa quaestione dice-
mus quam supra tetigimus? honestumne an turpe sit ora-
tiones componere, & quomodo studium hoc iure uitupe-
rari queat, quomodo nequeat? Num superiora nobis hoc
satis declarauerunt? PHAED. Quae nam illa? SOC.
Quippe, siue Lysias, siue alius quisquam scripsit quan-
doque, aut scribit, scribetque priuatum quicumque, uel pu-
blice ciuiles quasdam constitutiones, ita ut suis in scriptis
magnam quandam stabilitatem & certitudinem pu-
tet inesse, turpe id esse scriptori, siue dicatur a quo-
quam, siue non dicatur, putandum est. Siquidem igno-
rare quid uerum sit, quid falsum, de iustis & iniustis,
de bonis & malis, etiam si uulgus uniuersum laudauerit,
fieri nunquam potest quin sit reuera turpissimum.
PHAED. Turpissimum. SOC. Contra qui in oratio-
ne quacumque de re scripta ludum iocumque necessarium
putat, orationemque nullam aut solutam, aut astrictam
numeris magno componendi studio dignam esse ducit, in-
star eorum qui sine dyudicatione & doctrina persuaden-
di tantum gratia carmina recitare consueuerunt: sed re-
uera sermonum illorum optimos componendi peritos causa
compositos fuisse: in sermonibus autem his, qui docendi
discendique causa dicuntur, ac uere in animo de iustis,
honestis, & bonis scribuntur, duntaxat perspicuitate per-
fectionemque inesse, eosque solos studio dignos existimari:
iudicatque sermones huiusmodi filios suos legitimos esse
candos, eum ante omnia qui ipse inest, si modo sit inu-
eritus, deinde quicumque ex hoc factu filij, fratresque, uel in
ipsis, uel in alijs aliorum mentibus, sic ut decet, nati
sunt, reliquos autem omnes postponit: hic uir, in-
quam, talis, o Phaedre, uidetur esse, quales esse nos
exoptaremus. PHAED. Equidem ut dicis, cupio pro-
fus, & uoto precor. SOC. Sed haec iam satis a nobis de
arte dicendi, quasi ludentibus dicta sint. Quare Ly-
siae dicas, nos ad nympham fontem. Musarumque ca-
tum profectos, sermones quosdam audisse, qui dice-
re iusserunt Lysiae, caterisque orationum scriptoribus, Hi-
mero praeterea, & si quis alius nudam poesim, uel can-
tu exornatam composuit, Soloni postremo, & omni-
bus qui ciuiles institutiones literis mandauerunt: quod si
ueritatis conscij talia composuerunt, possuntque sua in dis-
cussionem tracta defendere, ac dicendo efficere, ut pra-
uerbis scripta uilescant, non utique ab his quae calamo lu-
serunt, sed ab illis potius quae serio excogitarunt, cogno-
minandi uidentur. PHAED. Quae nam cognomina, &
quo pacto accommodas? SOC. Sapientis cognomen, o
Phaedre, magnum soli Deo conuenire uidetur. Philoso-
phi uero, aut similis alicuius cognomine eiusmodi uiros
quales modo descripsimus, conuenientius modestiusque nun-
cuparemus. PHAED. Certe non dedecet. SOC.
Eum igitur qui nulla habet in se praestantiora his
quae conscripsit, & rursus deorsumque retorquens,
diuturna emendatione addendo, uel subtrahendo
composuit, iure poetam uel orationum legimum
scriptorem cognominabis? PHAED. Quid ni?

SOC. Hac itaque amico referas tuo. PHAED. Tu vero quid facies? neque enim amicus tuus pratermittendus. SOC. Quis iste? PHAED. Isocratem probum, inquam. Quid illi nunciabis? o Socrates. Quem esse dicemus? SOC. Iuuenis adhuc Isocrates est, o Phædre. Quid autem de illo prasagiam, non prateribo. PHAED. Quidnam? SOC. Videtur mihi prasstantiori ingenio esse, quam Lysiam sua scripta demonstrant. Praterea moribus generosioribus præditus. Quamobrem nihil mirum putarim, si crescentibus annis in arte dicendi cui nunc incumbit, magis quam viri pueris, omnibus qui eloquentia inquam se tradiderunt, excellat, atque his etiam studijs non contentus, ad maiora diuiniore quodam instinctu feratur. Inest enim, o amice, ex ipsa natura philosophia quadam illius ingenio. Hac ergo ab his dijs accepta, Isocrati mihi dilectissimo nuncio. Tu illa Lysia tibi charissimo. PHAED. Ita fiet. Sed abeamus hinc cum æstus nonnihil iam efferbuerit. SOC. Vota prius his facienda sunt quam abeamus. PHAED. Quidni? SOC. O amice Pan, & alij omnes, qui locum hunc colitis dij, date mihi vt pulcher intus efficiar: & quacunq; extrinsecus habeo, intrinsecus sint amica. Diuitem autem sapientem solum existimem. Tantum vero mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alijs, nisi vir temperans. Nunquid aliud orandum censes? o Phædre, mihi enim satis est precatum. PHAED. Mihi quoque eadem opta. Amicorum enim communia omnia. SOC. Abeamus.

APOLOGIA
SOCRATIS.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



NTIQVI gentium Theologi in treis diuisis sunt sectas. Alij quidem demonibus solum sacrificabant, dissidentes vt arbitror, vota hominum ad caelestia peruenire. Alij vero caelestia quoque colebant, putantes illa non viuere solum atque intelligere, sed etiam radijs suis circumspicere cuncta atque audire, ideoq; tam sacrificiorum ritus ab eis prospici, quam supplicum laudes precesq; exaudiri: veruntamen animorum in corporibus his viuentium vota, ad deos illos, qui nullum cum corporibus commercio habent, peruenire non posse. Alij denique hos ipsos deos in primis venerabantur, iudicantes a summis rerum causis effectus omnes etiam humanos tam cognitione, quam virtute perfectissime contineri. Deos vero vocabant tum visibiles, id est caelestes, tum invisibiles, id est, super caelestes, quos nostri vocant angelos, & ipsi deos, quasi proximos summi Dei contemplatores atque ministros. Praterea triplicem hi prouidentiam esse putant. Vniuersalem quidem in Deo, per quam omnibus omnia prospiciat atque praebeat. Minus vero in dijs vniuersalem, per quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen nuntia, sed quaedam omnibus exhibentis. Particularem denique in demonibus, qua videlicet quaedam quibusdam iam largiantur. Et demones quidem in totidem distribuunt ordines, quot in caelo sunt stellæ, vt alij Saturnij sint, alij Ioniales, alijq; similes. Cunctos autem ordines et in igne collocant, sed ignea ratione, & in aere puro, sed ratione aerea, & in aere crasso, ratione videlicet aquea. Hos aqueos arbitrantur alios alijs speciebus viuentium præsideri, sensualiq; & vegetali vbiq; natura fauere.

Quos Plato inquit, statim ab initio malorum plurimis voluptatem immisuisse. Aereos autem demones rationali potius fauere potentia, eamq; a vegetali sensualiq; natura quodammodo segregate. Igneos tandem discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere. Atque hoc pacto voluptuose vitæ demones aqueos, actiue aereos, contemplatiue igneos dominari. Cum vero deos immortales atque impatibiles arbitrentur, homines vero mortales atque patibiles, demones omnes quidem affectu patibiles, superiores vero mediosq; etiam immortales, infimos vero longe uos. Praterea in omnibus affectus erga corporea collocant: sed in primis secundum quendam tranquillæ prouidentia morem: in secundis humanos quidem, sed moderatos: in tertijs ad perturbationis nostras iam declinantes. Item demones alios naturales ab initio constitutos, alios peregrinos, scilicet hominum animos in aerea translatos corpora, hominesq; ea qua antea consueuerant ratione curantes. Praterea alios demones plagis terræ maioribus, alios angustiioribus vrbibusq; præsese. Quosdam etiam homines singulos gubernare, quos animæ labentes in corpus fuerint pro vitæ electione sortitæ, deinceps electæ vitæ duces & exploratores & iudices. Proinde animas hominum alias Saturniorum demonum, alias Ioniales, alias aliorum tum siderum, tum demonum naturis accommodari. Corporum quoque nostrorum complexiones simili quadam ratione distingui. Animalia item & plantas, metallaq; & lapides ad siderum similiter demonumq; varietatem inter se natura discerni, vt alia inter hæc solaris sint, alia vero lunaria, ceteraq; similiter. In his quæ diximus, Platonici omnem sacrificiorum, oraculorum, diuinationum vim consistere arbitrantur. Profecto & ipse Plato antiquiores theologos imitatus, & Platonici omnes oraculorum historiam vbiq; tanquam veram accipiunt, rationibusq; confirmant. Mitto quantam his in Phædro adhibeat fidem, quantam & in Timæo, in Phædro quidem humanam sapientiam præ illa quæ ab oculis furoribusq; diuinis habetur nihil pendens: in Timæo autem dicens eatenus a philosopho de rebus diuinis affirmandum esse, quatenus diuinis oraculis confirmetur. Mitto quam plurima apud Platonem similia. certe in Apologia totam Socratis sui defensionem ab oraculis vaticinijsq; auspicatur: imò vero, quod maximum est, totam Socratis & sapientissimi & iustissimi vitam asserit tum ad Apollinis oraculum, tum ad sui cuiusdam demonis vaticinium institutam. Si quæras qualis Socratis demon fuerit, respondebitur igneus, quoniam ad contemplationem sublimium erigebat. Item Saturnius, quoniam intentionem mentis quotidie mirum in modum abstrahabat a corpore. Attributus quoque ab initio, non acquisitus. Nam sibi a puero dicit aspirasse. Non prouocabat inquam, quia non Martius, sed sepe ab actionibus reuocabat, quia Saturnius. Item non adhibebat calcarea viro satis per se ad honesta propenso, sed cohibebat freno, vbi in eligendis ad finem vijs ob coniecturam fallaciam posse decipi videretur. Aspirabat menti, ostenta oculis, voces auribus suggererat. Sed quibus oculis atq; auribus? visui videlicet atque auditui, qui per omne eduntur corpus æthereum sub manifesto hoc corpore latens. Potebat autem Socrates per æthereos sentire sensus, ab elementalibus sensibus se facile se vocans. Ostensta cernebat per eosdem sensus & somnians pariter atque uigilans. Similiter Auicenna probat prophetas angelorum & species cernere, & voces audire. At cur Socrates pauciq; similes demonem suum animaduertunt? Quoniam pauci vel genitura, vel disciplina demonici sunt plures humani, plerique ferini. Cur item alias demones, alias Deum vocat? Quia sublimis demon Socratem, quasi Dei interpretis nuncijsq; afflabat. Sed nunquid ipsum Socratis intellectum possumus demonem nuncupare? Possumus certe. Nam Timæus inquit, Deum nobis supremam animi partem tanquam demonem tribuisse. Rursus in Symposio ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandam, demon cognominatur. Verum prater hæc necesse est superiorum nobis substantiam demonis præsideri, propterea quod vt in Symposio Legibusq; probatur, humanum genus vt potè a diuinis maxime distans, media quadam natura indiget, qualis est demonica, quasi conciliatrice. Neque iniuria diuina prouidentia, ut in Politico Protagoræq; probatur, demones nobis præsescit propinquiores quasi pastores, siue vt in Critia dicit, gubernatores. Homo siquidem in hac ignorantia caligine constitutus, innumerisq; fortunæ vel malis agitatus, vel distractus illecebris, ad constitutum sibi a Deo finem absque perpetuo Dei auxilio peruenire non potest. Hinc probat Deum nos demonibus purioribus, quasi rectoribus comendasse, qui vaticinijs, augurijs, somnijs, oraculis, vocibus, sacrificijs, inspirationibus adiuuarent. Horum vero ex numero esse vult familiarem Socratis demonem a mente Socratica differentem. Hæc enim Socratem sepe prouocat, ille vero prouocat nunquam. Item hæc nisi loquatur, aut scribat, docere non potest. Ille vero, vt in Theæge probatur, multos etiam silendo docebat. Praterea quod & voce & se

Dij gnus.